

REFUTATIO ACCUSATORIS ANONYMI

*Damnatas ab INNOCENTIO XI.
Propositiones adscribentis Ordinum
Religiosorum Theologis ac preci-
pue Societatis JESU.*

A U C T O R E

WILHELMO SANDÆO
S. TH. LICENT.



MOGUNTIAE,
*Typis VIDUE NICOLAI HEYL, Typographi
Aulico-Academici. 1679.*

PRÆFATIO.

EX quo tempore perlatum est in Belgium Decretum Innocentii XI. conditum die 2. Martii 1679. quo 65. Propositiones damnantur ut minimum tamquam scandalosæ, & in præxi perniciosæ; nullus toto Belgio crebrior fuit sermo, quam de autoribus illarum propositionum Theologis Religiosis, ac præcipue Jesuitis. Famæ tam perversæ tam multi, tamque validi extitere buccinatores, ut nusquam non sint auditæ, nusquam non crediti tam vera nuntiare, quam clamosè.

Ego quidem ad hæc sustinui me, ne quid temere assentirer, negaremye; optavi tamen fateor, videre quiddam scripti, quo mihi demonstraretur, quam vere, falsòve id illi proclamarent. Tandem vero ad me pervenerunt quædam paginæ, quibus 65. Propositionum non paucæ, versæ Flandriæ, erant inscriptæ, adnotatis ad marginem Autoribus singularem theologis Religiosis, ac præcipue Jesuitis, simulque intellexi, hunc libellum accusationis oriundum Brugis, vulgi manibus ubique teri in Flandria, atque inde manasse

Univ. Bibl.
München

P R A E F A T I O.

Bruxellas , avideque describi ac dissipati etiam per Brabantiam.

Ut accepi , legi : primumque legentem , ut non eram omnino rudis Theologiae illorum Autorum qui accusabantur , offenderunt imposturæ non paucæ . Inde factus curiosior , adivi , quoad licuit , Autores singulos , qui patroni damnatis propositionibus adscribabantur : competri verò , accusatorem cœco impetu prosciliisse ad accusationem eorum , quos oderat , & nullo judicio reos egisse , quos damnari optabat : ac ne quidem satis cautele usum esse Epistolis infamibus , damnatisque ecclesiasticâ pariter ac civili autoritate , Ludovici Montaltii , & notis Wendorochii in easdem nihil melioribus (sed una cum suis Epistolis carnificis manu crematis in Gallia) & forte Saûle Ex-rege Joannis Sinnichii (hæc enim videtur esse præcipua ejus supellex libraria) ac denique hominem in amaritudine fellis totum fuisse , cum libellum illum accusationis populo scripsit .

Hoc ut pateret amantibus veritatem , con- jeci in hasce paginas , quæ mihi occurserunt animadversione digna , libros ipsos autorum , qui accusabantur , adeunti , quoad fieri potuit , penitusque exploranti eorum doctrinam . Ordinem Propositionum secutus sum , quem mihi delineavit accusator : eas Propositiones præterivi , quas præterivit ipse , non

ha-

P R A E F A T I O.

habens in promptu , quæm accusaret : eorum verò , quos accusavit , præterivi neminem , eamdem gratiam paratus cæteris præstare , si quos alios mihi reos stiterit . Unum certissimò scio me posse confidere , nuperum Decretum Innocentii XI. adeoque Propositiones ipsas 65. nihil magis pertinere ad Religiosos illos , quibus apud plebem hoc tempore invidia concitatur à malevolis , quam ad alias Theologos omnis generis , etiam Lovanienses Doctores .

Non est obscurum percurrenti propositiones ipsas , hoc egisse earum collectores , & concinnatores Lovanienses , ut invidiam conflarent quibusdam Religiosis : cum non rato conceptas ipsorum verbis , et si ferre alteratis malignâ truncatione , additione , omissione , avulsione a contextu libri , vel Thesij , retulerint in Catalogum S. Sedi offerendum ad censuram : in quo numero etiam sunt , quas suorum Academicorum verbis referre potuerint haud minus commode . Non potuit Romanos Censori latere hæc infirmitas accusationis , quam & leviter perito Moralis Theologiae facile erat notare . Sapientissimè igitur caverunt , ne censura ipsa ad invidiam pertineret eorum , qui id non essent commerit .

Caverunt autem primum quidem diserte exprimendo in Decreto , propositiones con-

*3

dem-

P R A E F A T I O.

demnari , sicut jacent ; haud ignari , non raro eas aliter jacere in libris , Thesibus , aliisvè scriptis , quam jacerent in Decreto ; et si verbis valde similibus utrobique jacerent . Procul ab hoc Decreto solemnis clausula Romanorum Pontificum alibi condemnantium propositiones in sensu ab assertoribus intento .

Caverunt idem 2. disserè monentes 65. propositionum esse quasdam noviter adinventas , qua neque ex libris , neque ex Thesibus , seu scriptis essent excerptæ . Ubi vero , quando , à quibus illæ sint noviter adinventæ , non est difficilis conjectura .

Sunt vero homines mirifici quidam hoc tempore , qui Rom. Pontificum autoritatem , non Decreto quopiam in S. Congregatione conceperunt , sed solemnibus Bullis condemnantium , ut hæreticas , propositiones Bajanæ , & Jansenianæ & quidem in sensu ab assertoribus intento , eludere , & explodere non erubescunt , causantes facti quæstionem esse , an illas propositiones , vel illarum sensum contineat liber Baii , aut Jansenii : Decreto autem Innocentii XI. condemnantis 65. propositiones , ut scandalosæ ; sed acceptas sicut jacent in Decreto , proclamare illico non dubitant condemnata esse illorum Theologorum doctrinam , quibus sunt infensi . Quid illis facias , quibus promptum æque est nervum incidere Aposto-

licis

P R A E F A T I O.

licis Decretis , ac vim addere ampliorem ; quam patiantur ipsa ; idque ut fert affectus animi amore , aut odio præoccupati .

Istud verò quam vanum est , doctrinam unius fortè , aut paucorum ex Ordine quopiam religioso , adscribi Ordini universo ; & si quæ uspiam ex damnatis Propositionibus religiosum Theologum habuerit autorem , exclamari illico , doctrinam Religiosorum illius Ordinis , ad quem pertinuit ille , damnatam esse ? Incauti aberrare potuerunt etiam Religiosi : neque hoc ad infamiam rapiendum Ordinis totius , ac ne ipsorum quidem ; præcipue si in errorem non tam iverint , quam duci sint à magni nominis Theologis omnis generis , etiam Lovaniensibus Doctoribus . De his Theologis taceri , atque his ignoscí ; illos verò lacerari solius malevolentia est .

Licetne dicere , quænam hic infamia nobis sit detestanda , omnibusque modis fugienda ? Illa ipsa quam affert animi refractarii confidentia , & audacia , primum quidem Pontificia Decreta ; et si testatissima , detrectantis agnoscere ut legitima ; tum verò fatigantis Tribunalia omnis generis ne admittantur illa : post omnia eludentis Decreta ipsa , & summæ autoritatis Definitiones Apostolicas , nescio qua facti quæstione , in qua errare potuerit Christi Vicarius , atque interea dogmatibus ana-

P R A E F A T I O.

anathemate damnatis adherentis mordicis;
Hanc infamiam avertet Deus à Religiosis Or-
diniibus, si eos salvos voluerit.

Quod verò etiam ad concessionem popula-
rem ja&tatum audivimus, nullam ex damna-
tis Propositionibus 65. pertinere ad Lovaniens-
es Doctores, est omnino commiseratione
dignum. Meā quidem non multum refert,
quid illi docuerint: quia tamen haud est ob-
scurum, invidiam præsentis Decreti à Lova-
niensibus præcipue Academicis detorqueri in
Religiosos, captanda mihi fuit identidem oc-
casio explicandi, quid in materiâ Damnata-
rum Propositionum docuerint Lovanienses
Doctores, ut dispiceret Lector, quantâ ra-
tione accusentur potissimum Religiosi; illi
verò prædicentur integri, & intacti. Istud
quidem nunc egi modicè; licebit verò idem
operosus, cum videbitur opera pretium.

Est verò inanissima eorumdem gloriatio,
quâ jactant, magni quiddam momenti esse
obtentum à Lovaniensibus Doctoribus Ro-
matum legis. Constat inter Propositiones 65.
paucas esse, quæ Belgam Theologum ag-
noscant Autorem: atque harum bonam
partem Lovanienses Theologos habuisse pa-
tronos. Constat nullam penitus esse inter
omnes, cuius condemnatio quiddam vel mi-
nimi momenti afferat illis Lovaniensium dog-
matibus

P R A E F A T I O.

matibus, de quibus contentio fuit in belgio
annis superioribus, eritque nulla spe pacis;
aut tranquillitatis, quamdiu quibusdam
Theologis licebit, vel libebit, Superiorum
Pontificum Bullas, & Definitiones è Cathé-
dra contra Michaëlem Baijum, & Cornelium
Jansenium, eludere injecta quæstione facti,
in qua errare illi potuerint, atque interea ea
docere, quæ liquet re ipsa non differre à do-
gmatibus damnatis: dum etiam in administra-
tione Sacramentorum ea Methodus placebit
iisdem, quam ignoraverunt Majores nostri.

Sed tu, Lector, interea, dum malevo-
lorum procacitas in viros Religiosos, nullum
solita modum tenere, videbitur postulare am-
pliorem tractatum in 65. Propositiones, gu-
stum hunc accipe, & statuere incipe, quam
vel tenui, vel nulla hypothesi indigeat odium,
& invidia, ut se efferat tam impotenter.

I M-

IMPRIMATUR

Ans. Fran. L. Baro ab Hohen-
neck Metr. Ecc. Mogunt.
Can. Capit. &c. Vicarius in
Spiritualibus generalis.

PROPOSITIO V.



N peccet mortaliter , qui actum
dilectionis Dei semel tantum in vita
eliceret , condemnare non audemus .

Autorem hujus propositionis
esse jubet accusator P. Antonium
Surmont lib. de la defense de la vertu , Vasquez
citatum ab Escobario , & Tamburinum lib. 2.
c. 3. n. 2.

Quod attinet ad Antonium Surmont , ne-
mo est inter Theologos Religiosos , qui
vocetur hoc nomine . Fortasse nominatum
voluit Sirmundum , contra quem multa effu-
tivit Montaltius in damnatis epistolis . Si Mon-
taltio credimus , docuit Sirmundus , non esse
præceptum charitatis , quod sit diversum à
reliquis præceptis omnibus . A notâ hujus do-
ctrinæ vindicatus est pridem responso quo-
dam ad litigias Provinciales , tamquam qui so-
lum negaverit specialem charitatis obligatio-
nem esse juris divini positivi : non negaverit
autem , imò docuerit , esse juris divini natura-
lis , solumque sumperferit explicandam cogita-
tionem D. Thomæ haud satis claram in hac
materia .

Quando etiam id , quod vult Montaltius ,

A

de-

docuisset Sirmundus, fecisset, quod Autores
ante ipsum gravissimi, cum id licebat, etiam
Lovanienes doctores: de quibus adiri potest
tractatus in 45. Propositiones Erud. D. Nico-
lai du Bois. Habuisset quoque adversantes sibi
Jesuitas communissime Valentiam, Suarez,
Hurtadum de Mendoza, Card. Toletum, de
Torres, Amicum, Filiucium, Fagundez,
Thomam Sanchez, Layman, Baldellum, Co-
ninck, Arriagam, Castropalao, &c.

Gabrielem Vasquez non legit Accusator,
sed citari ait ab Escobario: legitne Escobarium?
familiarior huic factioni est Montaltius, qui
epistola 10. citavit Escobarium Tr. 1. exam. 2.
n. 21. atque ab hoc citatum Vasquez, tam-
quam docuerit, sufficere si diligamus Deum
in fine vita: ubi autem id docuit Vasquez?
locus ab Escobario citatur in 1. 2. tom. 4. q.
86. a. 2. At Vasquez nullum scripsit tom. 4.
in 1. 2. scripsit vero tom. 4. in 3. p. ubi q. 86.
a. 2. quæstio affinis præsentि invenitur de obli-
gatione contritionis. Tanto circitu quæren-
dus fuit locus, ubi Vasquez reus agitur per
testes de auditu, ut loquimur, & mediatos
alios, aliosque.

Atqui Vasquez illo Art. 2. nihil habet,
quod ad præsentem quæstionem aliquo modo
pertineat, præterquam dub. 5. ubi solum defi-
nit, non esse obligationem contritionis sta-

tim à commissione peccato, & dub. 6. ubi quæ-
rit, quo alio tempore determinato obligetur
præceptum contritionis: docet vero, per se
non obligare in omnibus illis casibus, qui à
variis recensentur, ante articulum mortis: per
se, inquam: *Nos enim, inquit, non negamus, in*
multis casibus esse obligationem contritionis, sed
dicimus, EAM ESSE OBLIGATIONEM CHARI-
TATIS. Hæc verba perpendat accusator:
manifestè enim sequitur, non negasse Vas-
quez præceptum charitatis in multis aliis ca-
sibus obligare extra articulum mortis: et si
id negaverit de præcepto contritionis per se:
in quo secutus est Cajetanum, Canum, imo
& D. Thomam, plurimosque alios.

Si cui libuerit plus aliquid moliri contra
Vasquez, ad summum obtinebit, me hanc
invito, illum docuisse, non posse à nobis de-
signari tempus certum, quo obliget præcep-
tum charitatis, contra eos qui designarunt
dies festos aut Dominicos, aliaque tempo-
ra.

Tamburinus 1. 2. c. 3. n. 2. vindicatus est
pridem à Guilielmo le Maire in Statera Saulis
Exregis sect. 1: c. 5. §. 1. Qui solum docue-
rit in hac materia, præceptum charitatis non
obligare pro aliquo tempore determinato;
nisi quando debet justificari peccator. Hanc
vero constat esse communissimam doctrinam.

4 neque ab ALEXANDRO VII. neque ab INNOCENTIO XI. damnatam.
Veros Patronos damnatae propositionis promptum erit exhibere, cum in 65. Propositiones plenior Tractatio requiretur. Unum tamen alterumve ex iis, quos pluris aestimat, quam Religiosos Theologos, habeat Accusator.

Jacobus Pontanus Lovaniensis Doctor die 17. Aprilis 1652. Thesim hanc defendit : *Præceptum affirmativum de diligendo Deo supra omnia per se obligat in mortu articulo, & aliquoties in vita.*
NON EST TAMEN IMPRORABILE EXTRA MORTIS ARTICULUM IN VITA NUMQUAM OBLIGARE. Hic ergo, ut automo, id affirmantem condemnare non auderet; ut habet propositio.

At verò Lovaniensis Doctor, cuius nomen non proditur, die 21. Februarii 1619. ea dedit, quæ si Vasquez vel alius de hoc genere Theologus dedisset, avidè sine dubio arripuisse Accusator, quando occurrisse : Thesim illo die propugnatam Lovaniii hanc tenet : *Præceptum hoc obligare hominem ratione propria honestatis statim post rationis usum, non placet.*
TEMPUS ENIM ISTUD PRÆTER MORTIS ARTICULUM NON FACILE DESIGNES. Ratione tamen alterius operis sepe obligat, quod scilicet sine actuali Dei amore præstari nequit. De hoc quidem nemo dubitavit umquam.

Acci-

5
Accipiat quoque Adrianum Lovaniensem Doctorem, qui quodlib. 7 puncto 4. litt. E. sic docuit : *Obligamur necessitate præcepti aliquando referre omnia in Deum &c.* Et licet quidam ex hoc inferre velint, omnem actum culpabilem esse, qui non in Deum actu, vel virtualiter referatur; mihi sufficit quod PRO ALIQUO TEMPORE, quo sibi occurrit obligatio hujus præcepti, nisi refertur, sint immunes à culpa. Ibidem litt. G. obligat istud præceptum, non solum ad vitandum odium, sed PRO ALIQUANDO ad actum elicitum. Ex his quidem plus non intelligo quam præceptum illud obligare pro aliquando, pro aliquo tempore, quo occurrit obligatio; quod & illi docent, qui asserunt non nisi semel obligare in vita.

Importunus sim si hoc loco producam Lovanienses Doctores, qui docuerunt præceptum charitatis non dari diversum à reliquis præceptis. Præstitum hoc est alibi pridem loco magis opportuno. Non ergo accusatorem imitabor, qui, cum penuria laboraret idoneorum autorum propositionis, Sirmundum & Tamburinum obtrusit, quorum causa alibi fuit ventilanda, neque ad hunc locum propriè pertinet.

A 3 PRO-

PROPOSITIO VI.

Probabile est ne singulis quidem rigorose quinquenniis per se obligare praeceptum charitatis erga Deum.

Primum Autorem propositionis citat Henriquez Jesuitam, & quidem ut qui claris verbis eam tradiderit, sed apud Escobarium. Clarius etiam Propositionem ait esse traditam à Filiiucio, sed incerto loco.

Ad convincendam priorem imposturam non producam pro se loquentem Henriquez, ac ne Escobarium quidem adibit, à quo citatus dicitur, sed testem accusatori irrefragabiliem fisco Ludovicum Montaltium Epist. 10. his verbis: Henriquez, ut refert idem (Escobarus) Tr. 5. exam. 4. n. 8. Prater mortis articulum, & morale principium usus rationis, tertium tempus assignat vita intermedium, saltem singulis quinquenniis. Pater verò quod haec tria: in mortis articulo, in principio morali usus rationis, & singulis saltem quinquenniis, non sint idem, quod, ne quidem singulis quinquenniis: & tamen claris verbis propositionem esse traditam ab Henriquez garrit ille.

De Filiiucio neque accusatori, neque hujus oraculo Montaltio Epist. 10. fidem habeo; sed ipsum, qui accusatur audire volo Tr. 22. c. 9. ubi sic docet à n. 286. Quero quo-

tempore obliget per se praeceptum charitatis: pro responsive notandum, esse de hac re tres sententias, duas extrebas, & tertiam medium. Prima extreba affert multos casus, & tempora obligacionis secunda sententia extreba tunctum obligare, quando obligas contrito in ordine ad justificationem, &c. tertia media assignat tria precipue tempora, in quibus charitas obligat per se. Primum est initium morale perfecti discursus . . . secundum articulus mortis tertium est tempus intermedium vita saltem quinto quoque anno. . . . dico 2. tertiam sententiam videlicet probabilitatem. Hæc in quæstione illa Filiiucius neque uspiattim affirmat probabile esse, ne singulis quidem rigoroso quinquenniis per se obligare praeceptum charitatis erga Deum: postulo monstrari locum, & verbaba, quibus hoc affirmet. Non dubitat, quia pro primo instanti usus rationis obliget hoc præceptum, neque item quin in mortis articulo: de tempore intermedio sic mox loquitur: intermedium tempus vita, cum sape longum sit, & hoc præceptum si primum, & maximum, aliquoties obligare debet, cum autem determinatum non sit, relinquatur arbitrio sapientium, quo loquendi modo fatetur se ignorare quodities obliget illo tempore intermedio, ut passim reliqui Theologi.

Hic obiter notandum est, quam accuratus in citando sit Accusator. Legerat in gallicis epistolis

epistolis Montaltii; Filliucum docuisse: qu'il est probable; qu'on n'y est pas obligé à la rigueur tous les cinq ans. Hæc igitur ipsa verba gallica Filliucum flandricè accusans produxit, tamquam verba Filliucii hominis itali & latine scribentis.

PROPOSITIO VII.

Tunc solum obligat quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, qua justificari possumus.

Autorem propositionis citat Azorium Jesuitam citatum à Tamburino, ut legerat apud Wendrockium in famosis notis.

Neque accusatori, neque Wendrockio dendum, ac ne Tamburino quidem, in accusare voluerimus; liber Azorii audeundus, ubi comperio non aliud ipsum docuisse, quam præceptum charitatis non obligare pro aliquo tempore determinato, sive quod nos possimus determinare, nisi quando debet justificari peccator extra opportunitatem Sacramenti. Posterior pars hujus doctrinæ non est invidiosa, ut patet; prior pars continet communissimam Theologorum sententiam, neque damnatam uspiam.

Porro hanc esse doctrinam Azorii l. 9. c. 4. q. 1. qui locus extat citatus apud Wendrockium, ex eo conficio, quod ibi profiteatur,

se docere de præcepto charitatis, quod docuerat de præcepto fidei & spei. Atqni l. 8. c. 7. q. 6. aliud non docet, quam præceptum fidei non obligare determinato tempore, nisi quando debet justificari peccator: concludit enim his verbis: proinde mandatum credendi tunc inducit obligationem credendi, cum impius lege & præcepto compellitur ad justitiam adipiscendam. Quà obtentâ præceptum fidei non habet amplius vim obligandi, ut remedium ad justificationem. ITA UT CERTO TEMPORE FIDEI ACTUM ELICERE DEBEAMUS: semper tamen eo præcepto tenemur, ne aliquid contra fidem credamus, ET HABET VIM OBLIGANDI, UT EST PRÆCEPTUM VIRTUTIS THEOLOGICAE; quamvis facile non sit, ut ait Barnes 2. 2. q. 22. a. 1. d. 2. designare tempus certum ut est actus virtutis. Satis probabiliter dicitur, speciale tempus, quo quis credere debet, esse, quando tentationes insurgunt, quibus tentatur fides hominis, ET IDEM JURIS EST DE PRÆCEPTO SPEI ET CHARITATIS.

Similiter l. 9. c. 2. q. 6. postquam dixerat, spei præceptum habere suam vim, cum penitentia præcepto, & lege compellimur ad anteache vita peccata detestanda, querit, an Homo post obtentam Dei gratiam & veniam peccatorum ALIQUO CERTO TEMPORE debeat spei actum elicere: responderet vero his verbis: alius vero temporibus DIFFICILE EST DEFINIRE PRÆCISE, quandonam spei actum prestare debeamus. Ex

Ex his patet Azorium docere, uti præceptum fidei & spei, sic & charitatis obligare 1. quando debet justificari peccator, neque id fieri potest sine charitate: secundò, tempore indeterminato; ut vulgo loquuntur Theologi, seu non facile determinabili à nobis: 3. quando tentationes insurgunt adversus charitatem, seu quando periculum est excidendi charitate. Liquet ergo ipsum non esse automrem septimæ propositionis. Tunc solum obligat (præceptum charitatis) quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, quā justificari possumus.

PROPOSITIO VIII.

Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non ob sit valetudini, quia licet potest appetitus naturalis suis actibus fui.

Autorem propositionis citat Escobarium tract. 2. exam. 2. n. 102. & nescio quem Sanchium incerto loco.

Scandalolam esse propositionem sic accep tam, ut non sit peccatum comedere & bibere usque ad satietatem quamlibet, tesi immoderata & cum excessu, modo hic non ob sit valetudini, quilibet per se videt. Non hæc docuit Escobarius. Docuit, comedere & bibere usque ad eam satietatem, quæ est sejuni-

62

Et ab omni excessu & immoderatione, idque ob solam voluptatem, non esse peccatum.

Neque in hac doctrinâ plus mali vidit, quam si diceretur, non esse peccatum audire pulchram musicam, aut spectare hottum, amicum folius voluptatis aut recreationis gratia percipiendæ autibus, oculisve: quæ nisi fallor est doctrina eorum omnium, qui sustinent dari posse actus indifferentes in individuo, quos otiosum sit recensere, cum sint innumeri.

Cæterum immoderationem omnem in sumendo cibo & potu Escobarius loco citato reputavit gulam, explicans diligenter à n. 57: quam graviter leviterve peccetur gula in variis casibus.

Confidere ergo licet doctrinam istam Escobarii maneri odio dignam esse, quam eorum dogma, quibus hodie placet Bajanus attellus 38. à tribus Pontificibus damnatus: omnis amor creature rationalis aut vitiosa est cupiditas, quæ mundus diligitur, que à Joanne prohibetur, aut laudabilis illa charitas, quæ per spiritum sanctum in corde diffusa Deus amatur.

Jesuita vero ille Sanchius, quem citat accusator, sive Thomas Sanchius, an Joannes Sanchius, an Gaspar Sanchius, an alio pro nomine Sanchius, non explicat ipse: solum enim invenierat nomen Sanchii apud Montal-

tium

tium epistolâ nonâ , ubi cum neque tractâ-
tus , neque disputatio , neque caput , neque
alio nomine citetur locus autoris , noster
quoque ille accusator , cuius potissimum erudi-
tio sita videtur in Epistolis Montaltii , & no-
tis Wendrockij nihilo plus habuit de authore
illo Sanchio , aut loco autoris , quod expri-
meret . Ne igitur operam perdam expectabo ,
dum intelligam , quis sit ille Jesuita Sanchius ,
quo loco , quibus verbis teneat doctrinam
propositionis , & tunc porro videro , an sit
Jesuita ille Sanchius , an Minorita , an Eremita ,
& quid denique doceat . Magis explora-
tum mihi est autorem propositionis esse Joa-
nem Sanchium , quam Jesuitam Sanchium .
Sed pergamus .

PROPOSITIO IX.

Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum
omni penitus caret culpa ac defectu veniali .

Autor propositionis rursus citatur *Jesuita Sanchius* .

Hic iterum hærerem , ut modo , nisi accu-
sator in suo promptuario invenisset , dedisset
que nobis illius *Jesuite Sanchii* accuratè cita-
tum locum dispi. 23. n. 25. atque hinc didicis-
sem illum , quem dicit *Jesuitam Sanchium* , esse
re ipsa Joannem Sanchium Abulensem S.
Theol. Doctorem , Regium Capellani in-

re-

regali conventu Mantuae Carpetanæ Pres-
byterum , non Jesuitam , sed sacerdotem . Quam
ridiculos facit homines malevolentia ! Jesui-
tas accusat omnes ad prop. 62. & alibi : sed
pauci erant tanto odio : compellit igitur intra-
re , ut plures accusare possit .

Citatur mox Escobarius ; sed nescit accusa-
tor , quo loco : de hoc , autumo , tacuerunt
Montaltius & Wendrockius : juvandus itaque
est à me .

Escobarius tract. 7. exam. 9. c. 5. n. 53. sic
docet : *conjugalis actus bonus est* , si ob prole
fiat , vel ad debitum reddendum : ob alias fines
veniale non excedit : v. g. ob delectionem , sani-
tatem & similes . Videturne approbare doctri-
nam nuper damnatam ; opus conjugii ob solam
voluptatem omni penitus caret culpa , ac defectu
veniali ? estne tantudem , veniale non excedit ,
ac veniale non est ?

Astutius denique , ne æquè facile convini-
ci possit de imposturâ , convertit se ad concio-
nes cuiusdam P. de Meyer , nuper vitâ functi ,
quas ipsas admordet plebeio convitio , gravis
ipse Ecclesiastes , ut appareat , ex Wendrockii
atque Montaltii disciplina institutus . Ego con-
ciones optimi P. de Meyer non audivi , neque
eas ipse luce donavit , ut legere possem : ac
denique de concionibus illis graviores testes
requiro , quam hunc hominem , in paucis

ad:

adnotatiunculis ad has propositiones tot impo-
posturis mihi notum.

PROPOSITIO X.

Non tenemur proximum diligere actu interno
& formaliter.

PROPOSITIO XI.

Precepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.

Harum propositionum autores citat Jesuitas Lovanienses in suis Thesibus ad disputationem propositis.

Theses illas vidisse potuit accusator: an intellexerit nescio. Ego scio, me identidem Theses istius generis & à Jesuitis, & ab aliis, quibus pareit odio Jesuitarum, sic audisse defendi, ut aliud sibi non vellent illi Theologi, quam dari quidem praeceptum speciale exhibendi proximo quedam officia; legem tamen illam non obligare ad specialem amorem internum; quod ipsum suis Thesibus identidem expresse sunt; ut quæstio præscinderet, ex quo alio motivo deberent proximo extliberi illa officia; an scilicet ex motivo charitatis erga Deum, aliove honesto fine. Nam certe quidem rebanatur, præceptio caritatis erga proximum satisfactum, qui pauperi eleemosynam largiatur ex purissimo Dei amore; ita ut aliis proximi amor specialis non interveniret præter hunc

hunc, & ex hoc natam voluntatem, quia proximo vellet largiri eleemosynam, qui revera est aliquis amor, cum sit velle bonum pauperi.

Si quis contenderit, etiam hoc sensu damnatam esse propositionem 10. & 11. nihil cares anget Jesuitas, aut alias Religiosos, qui Theses istius generis defenderunt. Imperitissimus est rerum Theologicarum, qui ignorat, quam communis illa fuerit doctrina, etiam in Lovaniensi Schola. Imo Theologum mihi opto nominari, qui negaverit, illum satisfecisse præcepto charitatis erga proximum, qui opera misericordiae externæ ei impenderit omnianon nisi ex purissimo Dei amore.

Neque alio sensu Patronus illarum propositionum citari potest Tamburinus, qui itidem accusatur: audiatur ipse l. 5. c. 1. n. 1. Ceterum, inquit, mibi videtur, non adesse obligationem eum diligendi per aliquem actum internum expresse tendentem in ipsum proximum: SATIS ENIM SUPERQUE EST, SI AMES DEUM, EJUSQUE VOLUNTATEM VELIS EXEQUI; ut sic enim jam involvitur amor proximi, qui est de Dei voluntate.

Sed neque alius fuit sensus S. Bernardi, cui malus quispiam posset astricare invidiam damnatae propositionis, cum term. 50. in Cantica sic doceat: Est charitas in actu, est & in affectu: & de illa quidem que operis est puto dasam

zam esse legem hominibus mandatumque formatum.... illa mandatur ad meritum, ista in premium datur.... cum dixisset Dominus, diligite inimicos vestros, mox de operibus inferit: benefacie huic qui oderunt vos..... sic te ergo necesse est & illud accipere, quod jubetis diligere proximum tuum, sicut te ipsum. Post haec omnia: Neque hoc dico, inquit, ut sine affectione simus. & corde arido solas moveamus manus ad opera. Mox verò satis habet præscripsisse affectionem, quam ratio regit.

Per me licet, ut non alia mens fuerit Jacobi Pontani Lovaniensis Doctoris, cum Lovanii die 17. Aprilis 1652 hanc Thesim præpugnavit: *Nou est præceptum per se obligans ad amorem internum proximi.* Itidem ut neque alia mens fuerit illius Doctoris, qui Lovanii die 17. Januarii 1630. defendit Thesim hanc: *De necessitate charitatis est, inimicos diligere, sic ut statim odium deponamus, & communia signa dilectionis ostendamus. At specialem astum dilectionis sufficerit in animi preparatione habere.* Extant hujusmodi Theses complures.

PROPOSITIO XII.

Vix in secularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui: & ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui.

Auctor

Auctor hujus propositionis citatur Vasquez opusc. de eleém. c. 4. n. 14. festinans accusator satis habuisse videtur legere Montaltii Epistolam 6. ubi sola pars prior propositionis invenitur, citato loco c. 4. n. 14. pars posterior propositionis non invenietur illo c. 4.

Revereor censuram propositionis sumptæ sicut jacet in Decreto Pontificio: damnata est enim sicut jacet in Decreto. - Sed affirmo, aliter illam jacere in Decreto, aliter in opusculo de eleemosynâ Gabrielis Vasquez.

Etenim 1. nemo legens propositionem, sicut jacet in Decreto, avulsam ab universo contextu istius opusculi, dubitabit, quin superfluum statui accipiatur, ut vulgo solet, pro eo, quod est superfluum statui præsenti, quem quis habet. Sed verò legens propositionem eamdem, sicut jacet in opusculo autoris, compierit, in eâ superfluum statui accipi pro eo, quod est superfluum statui præsenti & futuro, quem quis licet & dignè potest acquirere & conquirere: sic enim se accipere superfluum statui profitetur ibi Vasquez cap. 1. n. 27.

2. Consequenter nemo legens propositionem, sicut jacet in Decreto, dubitabit, quin ejus autor censeat simpliciter, vix umquam esse obligationem dandi eleemosynam. Cum enim ex communissimâ Theologorum sententiâ nemo teneatur ad eleemosynam ex su-

B

per-

perfluis naturæ, & necessariis statui, nisi in extremâ proximi necessitate, quæ raro occurrit, & autor affirmet, vix aliquem teneri ad eleemosynam, quando tantum tenetur ex superfluo statui, nisi ex contextu loci, unde sumpta est propositio, didiceris, quid vocet superfluum statui, conficies, ex ejus mente simpliciter vix unquam esse obligationem dandi eleemosynam.

Sed verò alienissimus est Vasquez ab hoc errore: quia enim superfluum statui restrictius acceperat pro eo, quod est superfluum statui non solum præsenti, sed etiam futuro, quanto magis restrinxit notionem superflui statui, tanto magis ampliavit obligationem dandi eleemosynam ex necessariis statui & merè superfluis naturæ.

Unde quod alii dicunt, in urgenti seu gravi necessitate, et si non extremâ, obligari unumquemque subvenire proximo de superfluis statui, Vasquez loco cit: n. 24. fatetur quoad rem esse verum; quia tamen ipse superfluum statui accipit restrictius, quam illi, dicit subveniendum esse illi necessitati etiam de superfluis nature; et si non sunt superflua statui.

Quid plura? hortor Accusatorem Gabrielis Vasquez, cæterosque obrectatores, ut experiri in se velint ejus doctrinam de obligatio-

ne

nē eleemosynæ, spondeoque tempore haud magno redigendos ad incitas, exutos omnibus superfluis, non tantum statui, sed etiam naturæ. Conformat se Regulæ, quam ibidem condit generalem: *ordo ergo charitatis talis esse debet, quod ad conservanda bona proximi cum proprio damno considerandum est, aequaliane sint, vel dispositi conditionis: vitam enim proximi cum detrimento vita mea non teneor tueri, cum detrimento cæterorum teneor, et sic de reliquis: alias quomodo charitas Dei manet in in nobis &c.*? Regulam deducit ad particulares casus necessitatis, non tantum extremæ, sed etiam gravis; in quibus omnibus subveniendum sit etiam de necessariis statui & superfluis nature; idque quoad quisque potest sine suâ æquali necessitate. Quod verò addit. n. 28, hæc procedere quando scio, nullum alium operi laturum, in quo cavillatur Montaltius, intellegit sine dubio de opere laturo hic & nunc; quod quidem apparet: neque enim sine dubio Vasquez hic voleit nos esse Prophetas quosdam, aut divinatores. Idem verò alii verbis sic expresserat n. 24. nisi sit aliud, qui ei subveniat. Evidens est, in Belgio quidem, præcipue belli tempore; quod innumeratas videare est miserorum necessitates graves, durissimam fore hinc obligationem. Experiatur in se accusator: non enim credo expertum esse.

Alterum propositionis autorem citat Escobarium tract. 5. exam. 5. c. 6. n. 105. sed per injuriam. Nihil ibi, quod ad doctrinam moralem attineat, habet autor ille præter hæc pauca: *Nemo tenetur proprium statum, ne proximus amittat suum, decicere, vel ab altiori acquirendo desistere, in his quidem nemo, ut puto agnoscat doctrinam Propositionis 12.*

PROPOSITIO XIII.

Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illam ineffaci affectu petere, & desiderare; non quidem ex displicentia persona, sed ob aliquod temporale emolumentum.

Hanc propositionem ait esse traditam à Tamburino & quidem claris verbis l. 5. c. 1. §. 3. n. 29.

Suo more imponit accusator: non aliud ibi docet Tamburinus, quam licere gaudere de effectu bono, qui ex malo est secutus: quam doctrinam constat esse omnium passim, neque esse damnatam. Verba Tamburini dabo ad propositionem proximè sequentem.

Castropalaus, quem citari ait à Tamburino illo num. 29. (citatur n. 32.) non probabitur aliud sibi voluisse, quam D. Thomas 2. 2. q. 76. a. 1. corp. his verbis: *si autem aliquis imperet vel optet malum alterius sub ratione boni, sunt*

sicut est licitus, nec erit maledictio per se loquendo contingit autem, malum aliquod dici imperando, vel optando sub ratione dupliciti boni: quandoque quidem sub ratione justi: Et sic iudex &c. quandoque vero dicitur aliquod malum sub ratione utilius puta, cum aliquis optat, aliquem peccatorem pati aliquam agritudinem, aut aliquod impedimentum, vel ut ipse melior efficiatur, vel ut saltem ab aliorum nocimento cesser. Similiter in 3. d. 30. q. 1. a. 1. ad 4. Prosperitas unius inducit adversitatem alterius; unde quia caritas ordinem habet, & plus debet diligere quisque se quam alium, & propinquos quam extraneos, & amicos quam inimicos potest aliquis salva charitate optare malum tempore alicui, & gaudere si coniungit; non in quantum est malum illius, sed in quantum est impedimentum malorum alterius, quem plus tenetur diligere. Et infra: sed hoc non est de malo gaudere, sed de bono, quod adjunctum est malo; hoc in Summa loco cit. sic expresserat: quia principalis intentio non fertur ad malum, sed ad bonum. Similiter vero Castropalaus tom. 1. tract. 6. d. 4 p. 1. n. 11. hujusmodi desiderium & gaudium de malo proximi, non tam EST DESIDERIUM ET GAUDIUM DE MALO ILLIUS, QUAM DE BONO INDE SECUTURO: Rursus, non gaudes de illa morte, quatenus proximo mala est, ibi sistendo (hoc enim est malum) sed gaudes de illa, quatenus est cau-

*sa tui emolumenti, & secundum hanc rationem
bona esse videtur.*

Quid ergo? an D. Thomæ invidiam moveo propositionis damnatae? non sinat bonus Deus: pietate & reverentia erga Angelicum Doctorem certus sum nemini cedere. Nego incunctanter, damnatam esse propositionem 13. in sensu D. Thomæ. Doctrinam sic temperavit, ut hoc non sit de malo gauderes; sed de bono, quod adjunctum est malo; ut etiam principalius intentio non feratur ad malum, sed ad bonum.

Rursus neque ostendetur aliud docuisse Castropalaum, quam Cajetanum in Sum. V. Maledictio. Joannem de la Cruz in Directorio ad 5. præceptum q. 1. a. 1. dub. 3. Corradum 1. p. resp. casuum q. 392. Zanardum 2. 2. directorii c. 6. de maledict. Bonacinam tom. 2. d. 3. q. 4. puncto ultimo n. 7. Joannem Sanchez d. 2. n. 9. Verricellum in qq. moral. Tr. 5. q. 6. n. 64. Pasqualigum in decision, moral. dec. 474. Galletum in Margarit. V. desiderare. His subscribere tenentur, qui docent, licere desiderare & poscere à Deo mortem inimici, si aliter nequeat impediri, ne noceat: item qui docent, licere sibi mortem optare, ut finem miseriarum, quos omnes citare longum esset. Habet ergo copiam Accusator, unde augeat libellum accusatio-

nis, si placuerit; jure an injuria, non definiō, parum pensi habet ipse. Laborabit vero, ut hos omnes faciat Jesuitas cum Joanne Sanchez, imo ut religiosos faciat omnes.

PROPOSITIO XIV.

Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patri, non quidem ut malum Patri, sed ut bonum cupientis; quia nimis ei obventura est pinguis hereditas.

Hanc rursus propositionem ait esse traditam à Tamburino, & quidem claris verbis, simulque ab eo citari, ut autorem doctrinæ ejusdem, Castropalaum loco supra citato.

Utrumque est impostura manifesta. Quod ad doctrinam Tamburini attinet, hic libro illo 5. c. 1. §. 3. n. 29. aperte contradicit propositioni his verbis: *an posſit Filius mortem Patri optare, vel de illâ gaudere, non ut malum Patri (hoc enim eſſet odium execrandum) ſed ut ipſe filius paterna hereditate fruatur.... si ſolum desideres, vel cum gaudio excepias ejusmodi effectus, hereditatem, moleſtia parentiam &c. facilis eſt reſponſio: licet enim hac optas, vel amplecteris: quia non gaudeſ de alterius malo, ſed de proprio bono. Certè non potest quin licite gaudere de fornicatione, de coſteſione carniſ, ut facta die veneris &c. nec illa desiderare, ut tunc flant: quia gaudeſ de peccato, illudque desiderā-*

ret : ramen posito , quod hec cum peccato quis commisit , potest de habita prole sibi complacere , deque viribus refecti : quia non de peccato gaudet ; sed de effectu secuto , qui bonus est : ITA IN CASU NOSTRO . Manifestum est , in his contineri propositionem contradictoriam damnatae .

Quod verò accusator addit , à Tamburino citari Castropalaum , ut autorem doctrinæ , quam continent propositio damnata , falsissimum est : citatur , ut auctor doctrinæ , quam ibi tradidit Tamburinus , & quæ est aperte contradictoria damnatae , ut jam patuit ; & reverà Castropalaus tom. I. Tr. 2. d. 2. p. 10. §. 2. n. 1. quem locum citat Tamburinus , disertè contradicit propositiōnī damnatae : aedat locum , cui id lubet : neque enim in gratiam accusationis tam futilis describenda sunt singula .

PROPOSITIO XXV.

Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi sive res sit levis sive gravia .

Autor propositionis rursus citatur Tamburinus l. 3. c. 3. § 2. n. 1.

Respondeo , damnata est propositio sicut jacet : aliter vero jacet in Decreto , aliter in Libro Tamburini : quia in Libro Tamburini sic jacet , ut constet ex adjunctis , illa verba , jurare sine animo jurandi habere significa-

tio-

tionem singularem , quam ex propositione , ut jacet in Decreto , nemo assequetur : quia , Tamburinus hæc verba , jurare sine animo jurandi explicat per hæc ; jurare verbu equivocu , ita ut sensus sit ; cum causa licitum est jurare sine animo jurandi eo sensu , quo juramentum accipie audiens ; quod esse licitum , si adsit causa sufficiens , docent omnes passim Theologi . Hæc ipsa de mente Tamburini pluribus iam pridem deduxit Guilielmus le Maire in Statera Savilis Exr. sect. I. c. 12. §. 5.

Quod igitur ad rem attinet , non aliud ibi docuit Tamburinus , quam quod habet communis sententia etiam in Schola Lovaniensi , ubi Doctrinam clarissim expressam dedit quidam S.T. Doctor die 12. Augusti 1632. his verbis : jurare amphibologicè , immo non secundum mentem recipientis juramentum ex justa causa juxta sensum verum , & à jurante intentum nec peccatum est , nec illicitum : illicitum est uti restrictione mentali in juramento ; secus ubi est justa causa .

Eadem re ipsa est doctrina Lovaniensium Doctorum in libris expressis : Adriani in 4. de Confessione non procul à fine . Joannis Malderi in 2. 2. Tr. 10. c. 6. dub. 7. Et in opusculo de Restrictionibus . Joannis Molani Theol. pract. Tract. 2. c. 7. concl. 1. Et quod ad juramentum amphibologicum attinet , Joan-

Joannis Wiggers in 2. 2. Tract. 8. c. 5. dub.
12.

Frequens verò apud Doctores illius scholæ est mentio de *juramento sine animo jurandi*, ut distinguitur à *juramento amphibologico*, de *juramento sine intentione jurandi*, de *juramento simulato*, quod etsi negent esse licitum, factentur tamen communissimè non obligare per se ad præstandum id, quod jutamento promissum est. Ita docuerunt Malderus loco cit. in 2. 2. Wiggers loco cit. dub. 11. plurimis verò Thesisibus propugnatum est ab illis Doctribus die 12. Augusti 1632. die 27. Novemb. 1640. die 18. May 1640. die 13. Februarii 1640. die 24. May 1642. &c.

PROPOSITIO XXVI.

Si quis vel solius, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propriâ sponte, sive recreationia causa, sive quocumque alio fine, juret se non fecisse aliquid, quod reverà fecit, intelligendo infra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam diem ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, reverà non mentitur, nec est perjurus.

Autorem propositionis citat Joannem Sanchez Jesuitam in opere morali P. 2. l. 3. c. 6. n. 15. & mille alios in praxi.

Observavi ad Prop. 9. Joannem Sanchez non esse Jesuitam. Veros autores doctrinæ,

quam

quæm continet Propositio, suggeram. si in gratiam imperitorum & malevolorum monero; nullum penitus Theologum illius esse. Autorem, si intelligatur ista restrictio locutionis adhibita sine causa excusare, non solum à mendacio, sed etiam ab omni alio peccato; quo sensu nata est accipi propositio ab imperitis, & vendi solent propositiones similes à malevolis; sed imprimis Causidicis quibusdam privata odia, & bilem unde unde collectam, infundere gaudentibus in causas publicè agendas; de quo fidem, ut puto, Brugis inveniam.

At vero si intelligatur ista restrictio sine causa excusare quidem à mendacio, non tamen à peccato turpis doli & fraudis, Autores doctrinæ sunt illi omnes, qui docuerunt ex justâ causâ licere uti hujusmodi restrictiōnibus: quod docuerunt Adrianus, Molanus, & re ipsa Malderus Lovanienses Doctores. percelebres; Angelus, Silvester, Richardus, Petrus Paludanus, Capreolus, Almainus, Corradus, Rodriquez, Salonijs, Basil, Pontius, Philiarchus, Sayrus, Lud. Lopez, Bonacina, Machadus, aliquæ multo plures apud Moyam in select. quæst. Tract. 2. d. 1. q. 6. §. 4. Guilielmum le Maire in Statera sect. 1. cap. 12. §. 1, sed imprimis Martinus Navarrus tractatu copiosissimo de licto usu re-

restrictionum in cap. *Humana aures*. His omnibus , si videbatur operæ præmium , poterat accusator subscribere pro Joanne Sanchez Thomam Sanchez , & quosdam alios , quos præcipue oderat.

An vero damnata sit Propositio ut scandalosa , &c. quia nata est sic accipi ab imperitis , & venditari à malevolis , quasi affirmetur , restrictionem illam excusare , non solum à mendacio & perjurio , sed etiam ab omni alio peccato , in quo sensu nusquam illa reperitur , an vero quia affirmatur , restrictionem illam excusare à mendacio & perjurio , etsi non excusat ab alio peccato , judicabunt sapientiores . Quod vero affirmat Accusator , Autores Propositionis esse mille alios in praxi : non moretur nos ista petulantia.

PROPOSITIO XXVII.

Causa justa utendi his amphiboliis est quies id necessarium , aut utile est ad salutem corporis , honorem , res familiares tuendas , vel ad quemlibet alium virtutis actum , ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens , & studiosa.

Autorem Propositionis citat Tamburinum , sed incerto loco. Quæsivi ego locum , neque inveni : ne ergo imposuisse videatur hic quoque , locum proferat : tum videbimus an Tamburinum intellexerit.

Certe

Certe quidem Propositionem hanc 27. ledidè intellexit , versamque nobis flandricè dedit : Quod latinè habet Propositio , ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens , & studiosa : flandricè sic exhibet : Soo dat de bedeckinghe van de waerheydt dan beter is , ende WELGHEVÖNDEN. adeat Summam D. Tho-
mæ 2. 2. q. 166. Art. 1. & 2. Et discat , quid Theologis sit studiositas , & actio studiosa.

PROPOSITIO XXVIII.

Qui mediante commendatione vel munere ad Magistratum , vel Officium publicum promotus est , poterit cum restrictione mentali prestare juramentum , quod de mandato Regis à similibus solet exigi , non habito respectu ad intentionem exigentis , quia non tenetur faceri crimen occultum.

Hic primum quidem reum facit damnata Propositionis Leonardum Lessium , nullum designans autoris locum. Tum vero & quemdam P. de Haese in quadam concione ad populum Brugensem tempore quadragesimæ in templo S. Donatiani.

Quod ad Lessium attinet ; fœda est impostura , à qua vel ipse Joannes Sanchius vide ri potest vindicasse Lessium , quando in Saule Exrege l. 1. c. 104. §. 391. pag. 414. col. 1. tractans Propositionem illam , non invenit auctorem , cui eam adscriberet , nisi modernos

lxxi-

*laxitatum Patronos innominatos: non pepercis-
set Lessio, cuius librum legerat diligenter;
nisi comperisset, nulla veri specie poste illi
doctrinam impingi.*

Non est tamen obscurum, ex Lessii libro
2. de justitia c. 42. dub. 9. n. 48. raptam esse
occasionem & propositionis concinnandæ à
Doctoribus, & imposturæ ab accusatore;
sed vero utruinque per injiciam manifestam.

Etenim nemo legens Propositionem dubi-
tabit, quin ex ejus doctrina omnino absolvâ-
tur culpâ perjurii sic promotus ad Magistra-
tum. Atqui Lessius loco citato, illâ viâ se
promoventes ad magistratum, & officia pù-
blica pronuntiat, eos esse peccati gravis, at-
que etiam *perjurii*: addit, eos, qui se com-
mendarunt, ubi vigent hujusmodi statuta,
graviter obligari, ut commendationem faciant
irritam, atque etiam magistratum detrectent,
nisi id post electionem non sit integrum; uti
quibusdam locis coguntur electi magistratum
adire sub gravi poena: tum vero ait denique,
restrictioni locum relinqui; in quo ipso casu
non absolvit promotum à culpâ perjurii tunc
contractâ, cum se commendavit prævidens se
conciendum in hanc necessitatem. En Lessii
doctrinam in hac materia: conferatur illa cum
Propositione damnata. Nemo, ut automo;
Accusatori notus est Brugis Causidicus tam
vel

vel imperitus, vel temerarius, (unum si ex-
cepéris) cui sit animus litem hanc adversus
Lessium suscipere.

Accusationi P. Guilielmi de Haese oppono-
reum ipsum negantem, cum sit melior con-
ditio negantis; quin & appellantem grave
testimonium Illust. Episcopi Brugensis, qui
tota illa quadragesima conciones ejus audierit,
contestantem denique numquam se quæstio-
nem illam tetigisse in concessionibus: in priva-
tis vero colloquiis semper se improbatæ jura-
mentum illud, de quo est mentio in Prop. 28.
addens, si secus esset, id se fassurum haud
gravatæ: atque hæc ille sine suco, ut est viri
mos, litteris Mechlinia datis die 21. May.
1679.

PROPOSITIO XXX.

*F*as est viro honorato occidere invasorem, qui
nititur calumniam inferre, si aliter hæc ig-
nominia vitari nequit, idem quoque dicendum,
si quis impingat alapam, vel fuisse percutiat, &
post impactum alapam vel ictum fuisse fugiat.

Autorem Propositionis, & quidem verbis
propriis Propositionis ait fuisse Lessium lib. 2.
cap. 9. dub. 12.

Hæc etiam est impostura impudentior,
cum non vereatur designare locum unde
convinci potest. Verba Lessii isto loco con-
fera-

feramus cum prima parte Propositionis. Ibi n. 77. sic habent verba Lessii : *Fas etiam est viro honorato occidere invasorem, qui fustem, vel alapam nittitur impingere ut ignominiam inferat, si aliter hæc ignominia vitari nequit: verba damnatae Propositionis hæc sunt: fas est viro honorato occidere invasorem qui nittitur calunianam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit. Non est idem nisi inferre calumniam, & nisi impingere fustem.*

Lessius ibidem n. 82. ex professo impugnat Doctrinam propositionis de nitente inferre calumniam : *hæc sententia, inquit, in praxi mihi non probatur: quia multis occultis cadibus cum magna Reip. perturbatione præberet occasionem. In jure enim defensionis semper considerandum, ne ejus usus in perniciem Reip. vergat: tunc enim non est permittendus. Accedit, quod, et si speculativè vera esset, tamen vix in praxi posset habere locum. Nam infamia vel est illata, vel non est. Si est illata, non extinguetur per mortem infamantis. Si non est illata, plerumque non satis constat, aliter non posse eam impediri: ac proinde non poterimus eo modo defensionis uti. Censet ergo Lessius sententiam esse improbabilem practicè, imò insinuat ne quidem esse probabilem speculativè:*

Similiter n. 80. improbat, impugnatque ex professo Doctrinam contentam secunda

par-

parte propositionis, de occidendo eo, qui fugit impuncta alapa, vel fuste.

Citat deinde accusator Escobarium non designato loco. Accipiat ergo Doctrinam Escobarij contradictoriam Propositioni damnatae Tr. 1. Exam. 7. c. 2. n. 7. Sic interrogat, & respondet : *licetne pro defensione honoris verbis tantum impugnati aggressorem occidere? minime: licet tamen si factis impugnetur: fugit aggressor; occidere non licet.*

Citat etiam Azorium, sed tacito loco.

Nova hæc est impostura. Azor. p. 3. l. 2. c. 1. q. 17. col. 103. disertè contradicit priori parti Propositionis, de occidendo eo, qui nittitur inferre calumniam. Partem posteriorem de occidendo eo qui fugit impuncta alapa, vel fuste, nusquam tenet, sed ibidem q. 13. refert utramque sententiam, & magis ostendit se favere sententiæ neganti esse licitam illam occisionem.

Citat quoque Filliicum similiter dissimilato loco.

Hic autor Tr. 29. cap. 3. n. 50. & 51. ad sumnum tribuit utriusque parti speculativam probabilitatem : negat vero probabilitatem practicam; idque validis rationibus.

Citat denique Bicanum imposturâ splendidâ.

Bicanus tract. de jure & just. ad quæst. D. Thomæ 64. q. 8. pag. 493, col. 2. ubi (&

C

non

non alibi) tractat quæstionem de occisione ad defensionem honoris, ne quidem mentionem facit de doctrina Propositionis damnatae, sed assertionem hanc ponit solam: *licitum est etiam viro honorato occidere invasorem, qui fuisse vel alapam nescitur impingere, ut ignominiam inferat, si aliter hac ignominia vitari non potest.* Certum est hanc doctrinam esse diversam à doctrina Propositionis damnatae, ac ne rationem quidem utriusque eamdem esse, ut videre est apud Lessium citatum hic primo loco.

Post hæc, Propositionis autores innomina-
tos citat centum alios, autumo Jesuitas, aut fal-
tem Religiosos de eorum genere, quos odit.
Quid facias tali impudentia? veros autores
propositionis, non tamen quales cupit ipse,
nominabo permultos, cum id videbitur ope-
ræ pretium.

In antecessum habeat accusator, quis fere
sensus fuerit Lovaniensium Academicorum in
hac materia, & consideret, an Lessius potissimum,
& quidam similes fuerint accusandi.

Primum quidem non est obscura Thesis, quam Lovanii defendit S. T. Doctor die 23. Julii 1648. his verbis conceptam: *Licitum est occidere injustum invasorem cum moderamine &c.* Invasor censetur etiam uero qui absolute decrevit alterum occidere sive per se, sive per alium: inm
e
tiam

etiam uero, qui PER CALUMNIAM APUD JUDI-
CEM efficaciter machinatur mortem alterius. In
eius tamen occidente adhibenda est cautio; videli-
cet, ut certò constet, non superesse aliud remedium.
generalis est Thesis de honoris defensione per
occisionem defensa Lovanii à Joanne Clario
S. T. Doctore die 12. Octobris 1602. Conces-
sum cuilibet ad defensionem non solum vita atque
integritatis membrorum, VERUM ETIAM HO-
NORIS, ac suarum facultatum; modò tamen mo-
derata tutela limites non excedat, invasorem occi-
dere etiam cum periculo innocentis, si alias se tue-
ri nequit.

Hæc ipsa extensa fuerunt ad honorem pro-
ximi defendendum per occisionem die 26:
Martii 1654. Præside Gerardo van Werm:
S. T. Doctore his verbis: *vitam proximi, quam
injuste quis invadit, si aliter nequeas, licite etiam
cum invasoris occidente tueberis.* Idem dicendum de
pudicitia, HONORE & fortunis proximi, quando-
sunt magni momenti.

Henricus Rampen S. T. D. Lovanii die
21. Januarii 1638. hanc defendit: *an si quis al-
teri HONOREM injuste auferat, auferentem liceat
occidere? certis dumtaxat casibus.* Guilielmus
Mercerus S. T. Doctor Lovanii die 26. Octo-
bris 1638. propugnavit hanc: *Pudicitia inva-
sorem, furem nocturnum tua auferentem, si possis
corripies; sin minus, occidere licitum erit.* AN

SIMILITER PRO DEFENSIONE HONORIS ?
Non ita paſſim ; ſED RARIS DUM TAXAT CA-
SIBUS. Joannes Malderus S. T. Doctor Lovan-
iensis, caſus , in quibus id licet , affignat
Tract. 3. de Joftit. c. 1. dub. 14.

Primus , inquit , quo poſſis , erit , quando in-
vadit te iuſtæ aliquis , ut occidat , mutilet , aut
notabiliter verberet , & fugiendo , aut non impedien-
do ejusmodi injuriam incurres gravem infamiam ,
tamquam ineptus , aut degener miles , nobilis , &
defensor reipublicæ : potes ſubfifte , & invaſo-
rem ab injuria prohibere ; & , ſi aliter prohibere
non poſſis , occidere . Hæc ipſa quia docuerunt
Lessius , Becanus , &c. autores perhibentur
propositionis damnatae , ut vidimus .

Secundus . Miles , vel aliquis aliis , cui igno-
miniosum eſſet , & in honore valde noxiū aliter
facere , potest ex incontinenti eum reverberare , qui
ſe ignominioſe prior percuſſerit , & quaſi iuſtans
ad huc coram ſubfiftit , etiamſi ulterius non invadat .
Et ſi ex hujusmodi repercuſione rixa oriatur , non
tenetur fugere ; ſed potest , ſi opus fit , cum mode-
ramine inculpatæ tutelæ adverſariorum occidere . Non
huc progressi Lessius , Becanus , &c.

Porrò licere viro honorato eum occidere ,
qui fuſtem vel alapam nititur impingere , &c.
(quæ doctrina vitio datur Lessio & quibus-
dam ſimilibus) præter nominatos defenderunt
Lovanientes Doctores , Joannes Wiggers de-
juftit.

juftit. Tract. 2. c. 2. dub. 12. Joannes Sinni-
chius die 6 Februarii 1654. Andreas Laurent
die 20. Januarii 1657. Jacobus Pontanus die
23. Auguſti 1653. Plures dabo , ſi quis re-
quirat .

PROPOSITIO XXXI.

Regulariter occidere poſſum farem pro conser-
vatione unius aurei .

Propositionis autor citatur Molina tom. 4.
de juſt. Tr. 3. d. 16. n. 7. simulque Escobar
Tract. I. exam. 7. c. 3 n. 44.

Falso uterque citatur . Non docuit Molina
id licere pro conservatione unius anrei , ſed ad ar-
cendam injuriam realem conjunctam cum
personalī , caſum ponens non de ſimpli ci-
furto , ſed de rapina , qua moliatur . quis REſI-
ſTENTI DOMINO auferre aureum . Tum vero
ne quidem pronuntiat licere occidere , ſed ju-
diciū ſuspendit dicens : condemnare non au-
dem , qui interficeret cum moderamine incul-
patæ tutelæ .

At verò ibidem caſum ponens , quo ab-
eſſet illa contumelia in perfonam , quando ,
inquit , fur cum re aliqua aliena fugeret , ut cum
equo , utrum tunc à longè fas eſſet illum jaculo in-
terficeret ad defenſionem rei illius ; Covarruſias ad-
verſus Silveſtrum id licere negat . Et quidem quan-
do res non eſſet magni valoris ; ut ſi eſſet ſolū va-

loris trium , quatuor , aut quinque ducatorum ; consentit Sotus , & consentiunt alii . Quando vera esset magni valoris , exiguaque esset spes illum posse recuperandi , affirmat Sotus fas in eo eventu esse illum interficere . Neque id auderem condemnare ; modo prius voce admoneretur , nisi rem relinquat , esse interficiendum . Semper tamen est consulendum , ne proximus occidatur .

Videat lector circumspetionem Molinae in hac tota materia , & miretur levitatem obtrectatorum , quos patitur hoc tempore .

Non plus quam Molina docuit Escobar loco citato : adeatur locus : plura enim describo jam pridem , quam vel mihi libeat , vel mereatur hic accusator : sed amicorum judicio dandum istud fuit ; qui ipsi mihi ignoscunt , si identidem non obsequar : ipsos mihi velim habere obsequentes tantundem in genere tam scabro atque inameeno .

PROPOSITIO XXXII.

Non solum licitum est defendere defensione occisiva , qua actu posidemus , sed etiam ad qua jus inchoatum habemus , & qua nos possessuros speramus .

Verbis expressis Propositionem hanc esse traditam ab Amico Tom. 5. d. 36. sect. 8. n. 131. affirmat accusator .

Non est ita . Amicus non expressit , licere defendere jus inchoatum defensione occisiva , quod exprimitur in propositione damnata : particulas illas studio videtur omisisse . Etenim

cum ibi ex communi Sententiâ de licitâ defensione bonorum temporalium cum occisione aggressoris injusti , inferat tria corollaria , cumque in primo & secundo corollario exprimat , licere defensionem cum occisione , in tertio infert quidem , licere defendere jus inchoatum , tacet vero de defensione occisiva , cavens , ut opinor , ne tantam *juris* defensionem videretur permettere , quantam *rei possesse* . Neque contrarium convincit illatio : ut si ex eo , quod licet defendere mille aureos occidendo invasorem , inferam , licere uti defensione , & vim adhibere contra invasorem unius solidi : Sicut enim solidus sua vilitate facit , ut intelligam illationem de defensione quadam repulsivâ invasoris , sed inferiori , quam sit occisiva , sic & jus seu spes , tanto vijior , quam res .

PROPOSITIO XXXIV.

Licet procurare abortum ante animationem foetus , ne puella deprehensa gravida occidatur , aut infameretur .

Hic citat quemdam Jesuitam . Quod est nomen illi Jesuitæ & nescit . Unde habet fuisse Jesuitam saltem innominatum , ejus hæc est sententia à Diana p. 6. tract. 8. Ref. 37. unde accepit Diana à quodam viro nobili . A quo habebat ille vir nobilis ? eratne amicus

Jesuitis, ut hic noster accusator? eratne falso-
tem doctrinâ aut ingenio satis idoneus, ut
optè hæc referret? de his tacet Diana. Appa-
re ergo futilitas accusationis. Contingit etiam diligentibus scriptoribus,
ut aliquo errore labantur alicui perperam tri-
buentes doctrinam quampiam: contigit istud
Diana hoc ipso loco; ubi doctrinam Propositionis
damnata adscribit Bordono in Consil.
Regul. ref. 45. q. 4. n. 4. in fine. At ibi Bor-
donus ad quæstionem; An pro conservando
bonore seu vita puelle; vel pro conservatione vite
mulieris, posse procurari abortus, &c. Respon-
deo, inquit, neutrum licet fieri potest. Credo
hæc Dianam intellexisse de abortu foetus ani-
mati; neque id sine fundamento. Sed neque
in fine respositionis. Bordonus aliud docuit de
abortu foetus inanimati: litterula perperam
posita à Typotheta decepit Dianam. Patet
locum insipienti sic legendum esse: Quod si
foetus sit inanimatus, non esse peccatum docente
plerique: ipse ibi nihil definitivit; cum ad suum
propositum id non faceret. Multo facilius,
quam Diana, decipi potuit ille vir nobilis te-
stis ex auditu & Theologiae imperitus. Sed
tamen ille Jesuita intiominatus, tam infirmo
fundamento fuit accusandus; cum & à Dia-
na illò loco, & ab aliis nominentur non pau-
ci vel autores, vel fautores doctrinæ, saltem

ut probabilis, quorum libri adiri poterunt.
Manu ipsa tangitur invidia in toto hoc nego-
tio, non perambulante in tenebris, sed dæ-
monii cuiusdam meridiani; à quo mirum est
potuisse imponi tam multis; omnium verò
miserrimè delusus est hic Accusator: neque
enim de suo promptit ea, quæ accepimus.

PROPOSITIO XXXV.

Videretur probabile omnem factum, quamdiu in
utero est, carere anima rationali, & tunc
primum incipere eandem habere, cum paritur,
ac consequenter dicendum erit in nullo abortu ho-
micide committi.

Hanc propositionem tribuit Caramueli,
quem ex speciali, ut fas est credere, bene-
volentia erga Religiosos Cistercienses mona-
sterii Dunensis propè Brugas in Flandriâ,
appellat Religiosum Dunensem. Potuisse
majori ratione appellare Doctorem Lovanien-
sem, atque etiam Satrianensem, ac Cam-
pensium Episcopum.

Sed verò Caramuel damnata propositionis
non est autor: neque apud illum invenies,
unde hoc venire cuiquam in mentem possit,
præter hæc verba in Theol. fund. n. 1163:
alias 1623. Profecto si Doctori Marco subscriba-
mus (Proto-medico Pragensi) dicamusque om-
nem factum, quamdiu in utero est, carere anima
ra-

rationali, & tunc primum incipere eamdem habere, cum paritur, rejicere omnino debemus eamdem abortus distinctionem (animati & inanimati) & dicere in nullo abortu homicidium committi. Ipse verò opinionem Doctoris Marci Proto-medici affirmat improbabilem esse.

Ego verò diu quæstum autorem Theologum, qui opinionem illam saltem diceret esse, aut fuisse probabilem, non inveni, nisi forte sit Theologus hic Accusator, cujus imposturas jam dudum annumerio: hic enim revera declarare audet, non solum opinionem illam Marci Proto-medici, sed & propositionem damnatam, quæ ex illa fluit, fuisse probabilem: postquam enim propositionis autorem citaverat Caramuelem, hæc subdit flandricè, quæ latine reddo fideliter. *Et quandoquidem omnes Jesuite censabant, opinionem probabilem securè, & in conscientia licere nobis sequi sine peccato, non poterant abhorrire ab eadem doctrina, sed admittere debebant ejusmodi rem esse licitam, neque esse peccatum.* Censet ergo audax nimium, propositionem inter omnes 65. enormissimæ absurditatis, quam nemo Theologus permisit elabi è suo calamo, saltem fuisse probabilem ante nuperum Decretum Innocentii XI.

P R O

PROPOSITIO XXXVI.

Permissum est furari, non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

Propositionis autor citatur Escobar citato quodam loco, qui in ejus libro non extat: sed neque alium locum inveni, ubi tractet questionem.

Jubetur etiam propositionis esse autor Tamburinus l. 8. Tract. 4. c. 1. §. 9. n. 8.

Tamburinus ibi unum sic obiter affirmat: *ad propria alimenta quilibet jus habet, cum is qui in eis caret sit in gravi necessitate constitutus; in qua etiam aliena posse surripi, nedum propria occultari, communis jam nunc Sententia est: quo fundamento id dixerit, mox aperiam.*

Accedere jubetur Lessius: nullus citatur locus: hunc velim citari, ubi dicat, permisum esse furari, non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi: ne quidem invenietur ubi dicat licere furari in extrema: ac ne quidem ubi dicat licere saltem surripere in gravi. Dixit tamen l. 2. c. 12. dub. 12. n. 71. *Probabile esse non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate (non qualicumque) sed morbi, famis, nuditatis, posse te clanculum surripere ab opulentia, si aliter grave illud malum averttere nequeas.* Ut ergo probabilitatem hic agnoscat, tres ad-

adhibet cautiones, quarum nullam exprimit propositio damnata.

Hanc Lessii doctrinam totidem verbis descriptam defendit Joannes Sinnichius die 3. Febr. 1648. Assertam à Lessio probabilitatem afferit quoque Joannes Malderus alter Lovaniensis Doctor. 2. 2. q. 32. art. 6. dub. 6. & Franciscus Sylvius 2. 2. q. 66. art. 7. Wiggers verò tract. 3. de just. c. 6. d. 1. similiter ac Tamburinus, causam excusantem à restitutione ponit gravem necessitatem hoc argumento: quia multi tenent quod in gravi necessitate licet eriam clanculum surripere à ditionibus, quando id sit sine scandalo, ut Silvester, Angelus, Navarrus, Petrus Navarra, &c. Autores illius doctrinæ multo plures dabit Diana p. 2. tract. 17. Ref. 29.

Constat verò doctrinam in Lovaniensi schola valde communiter traditam fuisse. Praeter Doctores jam nominatos, illam Lovanii defendit Guilielmus Mercerus die 11. Decembris 1638. Sebastianus Stockman die 4. Septembris 1648. defendit vero ut probabilem Joannes Sinnichius die 3. Februarii 1648. Christianus Beusecum die 7. Augusti 1638. Gerardus van Werm die 18. Julii 1653. &c.

PROPOSITIO XXXVII.

Famuli & famulae domesticae possunt occultè herbis suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

Hanc propositionem tradi ait à Baunio verbi tam claris, quam sit lux diurna. Idque in Summa pag. 213. 214.

Lucidissima verò est impostura. Baunius isto loco id non affirmat licere famulis, nisi in duobus casibus singularibus, atque hoc ipsum tribus adhibitis restrictionibus. Adeat, cui id lubet, Baunium.

Tribuit quoque damnatam doctrinam Escobar locum tacens & multis aliis Societatis, sed innominatis.

Escobar tract. 3. exam. 9. c. 3. n. 18. causum ponit, de quo non est mentio in propositione damnata, ut non utcumque JUDICENT famuli optram suam esse majorem, quam salarium, quod recipiunt, sed CONSTET, mercedem constitutam esse justâ insimâ minorem, vel aliter integrum non valeant accipere.

Illos verò alios multos Societatis innominatos ibi credo descriptos habet accusator, ubi ejus animus maximè livet malevolentia in viros religiosos.

PROPOSITIO XXXVIII.

Non tenetur quis sub pena peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca furtæ, quantumcumque sit magna summa totalis.

Hic vero accusator suâ autoritate utitur, corrigitque Decretum impressum in Typographia Cameræ Apostolicæ, & pro his verbis *per pauca furtæ*, Flandricè ponit hæc, *pér parva furtæ*; quod non fuerunt ausi facere Episcopus Castoriensis, & plures alii, qui Decretum in Belgio curarunt recudi: sed nos tantâ moti autoritate ratam habeamus correctionem.

Propositionis autorem facit Stephanum Bauniū in *sum. pag. 220.* & quidem verbi claris idem docentem,

Imposturam lector videat. Bauniū ibi in re disputatissima inter Theologos hoc unum definit, quod ultimum furtum minutum, quo completur damnum grave, non sit peccatum mortale; inox verò ait, inde quosdam confidere, non esse obligationem gravem restituendi summam minutis furtis acceptam. Non approbat illationem.

Porro doctrina illa Bauniī de ultimo furto minuto, est sine dubio illorum omnium, qui negant minutis furtis multiplicatis peccari mortaliter, si absit intentio pervenienti ad sum-

mam

mam gravem, et si revera ad illam perveniat. Atqui hoc Lovanii propugnarunt S. T. Doctores; Libertus Fromondus die 22. Aprilis 1652. Egidius Bajus die 19. Septembris 1630. Illum vero qui restituere non potest, non peccare mortaliter ultimo furto complente materiam gravem Lovanii defendit Joannes Schinckelius die 22. Augusti 1653.

Hinc verò legitimam esse consequentiam (quam non admisit Bauniū) non esse obligationem gravem restituendi illam summam gravem, defendendum Lovanii suscepserunt S. T. Doctores, Franciscus van Viane die 26. Februarii 1655. Ex delicto solum venialiter culpabili nasci obligationem restituendi, quando materia, aut damnum est grave, minimè convinces. Joannes Schinckelius die 23. Augusti 1655. si damnificans tantum venialiter peccaveris, ad nihil tenetur. Quilielmus ab Angelis die 25. Junii 1648. Ex delicto solum venialiter culpabili nulla nascitur obligatio restituendi, quando materia & damnum est grave. Atque in his omnibus ne quidem venialis obligationis mentio fit: de qua doctrina nihil videtur subholuisse Baunio.

* *

PROPOSITIO XXXIX.

Qui alium movet aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.

Autor propositionis citatur Stephanus Bauni in Summa pag. 307. 308. ubi eam dicitur dedisse claris & propriis verbis ipsius propositionis.

Hujus dicti falsitatem ipsi oculi judicabunt si quis locum adierit.

Damnata propositione est universalis de quo-cumque inducente. Est autem inducere, ut D. Thomas explicat 2. 2. q. 62. a. 7. movere praciendo, consulendo &c. Baunius autem isto loco solum affirmat, non obligari ad restitutionem, qui precibus induxit, nullam imponendo obligationem, sed plenam ipsi libertatem relinquendo, ponitque eum, qui rogarunt, ut damnum inferat, sua solius voluntate damnum inferre, de Baunii ergo doctrina judicent sapientiores, quam sum ego, aut hic accusator. Jesuitas quidem parum angit illa: neminem illorum habuit Baunius in illa doctrina ducem, vel asseclam: excutiantur omnes.

PROPOSITIO XLIII.

Quid ni non nisi veniale sit detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiā falso crimine elide?

Ait

Ait accusator, hæc esse verba thesium à Jesuitis defensarum Lovanii. Si queram, unde id norit ipse, testem produceret gravem, & contra quem excipere Jesuitis sit nefas, Ludovicum Montaltum in damnatissimis Epistolis. Si non acquiescam, convincet etiam testimonio Sinnichii in Saule Exreg. l. 1. c. 120. §. 457. qui post Montaltum testatus est propositionem Lovanii defensam esse.

Attamen Jesuitæ jure suo postulant sibi exhiberi Theses illas. Tum postea dispiciunt & de verbis & de doctrina thesium, si quæ extant uspiam hujusmodi theses. Hæ si inventæ fuerint, simul, ut puto, innotescet professoris nomen, qui disputationi præfuit, & fortasse inveniri poterunt ejus scripta scholastica, atque ex his lux accedere thesibus, ut plena habeat documenta accusator de doctrina Lovanii defensa, ut afferit, & dispiciant viri moderatores, an fuerit opus illis thesibus, ut conciperetur doctrina verbis idoneis censuræ, & an plus aliquid re ipsa voluerint illi thesistæ, quam in impressis libris Theologi bene multi, de quibus erit mentio ad propositionem proximam. Theses interea ipsas mihi expediat accusator, ut fidem inveniat.



PROPOSITIO XLIV.

Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam iustitiam, & honorem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

Propositionem ait esse traditam à Caramuelle claris & propriis verbis propositionis, locum non citat, et si potuisse ex epistola 15. Montaltii.

Mihi compertum est ex Theologia fundam. hujus autoris edit. Lugd. an. 1657. n. 1588. verba quibus concepta est propositio, non esse Caramuelis affirmantis, sed sibi objicentis. Si cui hoc incredibile videatur, locum adeat, & oculis suis credat.

Accusatur quoque Dicastillo lib. 2. de justit. tract. 2. d. 12. n. 404. Dicastillo loco citato n. 403. directe negat licere in contumeliosum retorquere crimen falsum, aut verum quidem, sed occultum, aut quod non faciat directe ad repellendam injuriam elevando fidem alterius. Neque plus affirmat sequenti n. 404. quem citat accusator, sed ex proximè dictis infert, non licere tibi appellare adulterum eum, qui te appellavit furem (quia scilicet crimen illud, et si verum sit, non facit directe ad elevandam fidem alterius) posse tamen dicere, quod sit mendax; si nimis verè sit mendax, plus ibi nihil docet.

At

At vero Dicastillo ibidem n. 406. assert. 7. dicit rideri probabilem illorum sententiam, qui docent non committi peccatum mortale, sed solius mendacii, si quis imponenti falsum crimen, objiciat sine juramento par crimen falsum, non qualemcumque; sed tale quod deserviat ad impediendam, vel tollendam injustitiam, quam aliu prius intulit; enervando scilicet illius autoritatem, & faciendo ut non creditur illi in eo quod dixit: sive. ut dixerat n. 403. quod faciat directe ad repellendam injuriam, elevando fidem impostoris; ut sunt mendacium, perjurium, & alia exempla malæ fidei; non vero adulterium, & similia, ut explicat n. 404.

Sit ergo judicium sapientiorum, quam nos sumus, an continetur hæc doctrina in propositione damnata, quæ procedit de quolibet falso criminis, adeoque etiam de majori, quam quod imposuit calumniator, atque etiam de eo quod non facit directe ad elevandam fidem ipsius, quæ denique ne juramentum quidem supponit abesse.

Certè quidem plus non docuit Dicastillo in quæstione ista, quam Theologi illi, quos citat & probabiliter sentire ait Joannes de la Cruz in director. prat. 8. q. 3. a. 4. dub. 17. conclus. 1. his verbis: Bañez & Ledesma cum Orellana probabiliter sentiunt, esse solum mendacium veniale, objicere testi iniquo falsum crimen, se-

D 2

cluso

cluso perjurio in objiciente, & testibus ad hoc induendis: non plus etiam, quam illi quos generatim citat Petrus Ledelma in sum: tract. 8. c. 25. concl. 21. dub. 3. dicens ita docere Orlelanam, & communiter discipulos S. Thoma.

Credibile est illos ivisse in hanc sententiam nixos quodam loco S. Thomæ 2. 2. q. 70. a. 4. ad 2. Dicendum, quod injustum judicium non est judicium. Et ideo ex vi judicii falsum testimonium in injusto judicio prolatum, ad injustitiam impediendam, non habet rationem peccati mortaliter; sed solum ex juramento violato. At revera S. Doctor non videtur versari in casu praesenti; sed solum docere, quod specialis illa & gravis obligatio ad verum testandum, quæ oritur ex ratione legitimi judicii, non urgeat in judicio injusto propter falsos testes aut perversitatem judicis; quodque proinde eo casu testes contrarii, & faventes reo non peccent mortaliter ex vi judicii præcise, falsum restando de re quapiam, aut circumstantia, quæ reo faveat; et si fateatur, eos peccare mortaliter ex juramento violato; quod idem facteri potuisset de violata justitia per calumniam, si de hoc casu questio, vel mentio incidisset. Hæc in gratiam Angelici Doctoris, cui sum impensè devotus; cum judicarem, locum illum à quibusdam aliter accipi, ac mereatur.

Tamburinus denique, qui & accusatur,
auto-

autoritate motus tam multorum, ut patuit, l. 9. c. 2. §. 2. n. 5. asseruit probabile sibi esse, non peccari contra justitiam in casu, de quo hactenus; sed iisdem fere adhibitis cautionibus, quas Dicastillo adhibuit. En crimen haud ignorandum; quando illis ignoscitur omnibus, quibus honorem hunc detulit Tamburinus.

PROPOSITIO XLV.

Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tanquam pretium, sed dumtaxat tanquam motivum conferendi vel efficiendi spirituale, vel etiam quando tempora le sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra.

Autores propositionis citantur Tannerus tom. 3. d. 5. q. 8. dub. 3. n. 64. Valentia, & Escobar incerto loco, & alii Jesuitæ in multis thesibus.

Rogatur accusator ut proferat illas multas theses, aut saltem indicet ubi, & quando sunt defensæ; neque enim est tam bona fidei vir, aut tam perspectæ peritæ, ut ipsi affirmanti credendum illicet sit de istis thesibus, aut doctrina Thesum.

Escobar tract. 6. exam. 2. c. 6. ubi quæstio tractatur, ad summum docet non esse simoniacum, qui inservit Episcopo spe imperan-

di beneficii , ex benevolentia & gratitudine Episcopi , neque Episcopum esse simoniacum , et si dicat se ex gratitudine conferre . Si putet accusator hanc doctrinam esse datum tam , monendus est , ut circumspecte sit officiosus erga Episcopos .

Tannerum affirmat confidenter tradidisse propositionem verbis propriis : majori specie id affirmare poterat de Valentia Tqm. 3 d. 6 q. 16. p. 3. sed neque apud Valentiam , neque apud Tannerum extat propositio sicut facit in Decreto . Distinxerunt illi Theologi inter simoniām juris naturā & juris positivi : nihil distinctionis habet propositio sicut facit in Decreto : negarunt illi , simoniām fore naturalem : non negarunt de simonia juris positivi in casibus jure expressis . Tannerus quidem dissentē id cavit loco cit. n. 65. Valentia verò minimè obscurē toto illo puncto 3. fundans se in definitione vulgari simoniāe , quam esse simoniāe naturalis constat , & ipse observat ibidein puncto 5. pag. 2069.

Exempla innocua quibus explicat uterque assertionem suam promamus quædam . Inferunt enim 1. non esse simoniacos sacerdotes & Parochos celebrantes sacrum & alia ministeria spiritualia exhibentes , movente stipendio in Ecclesia usitato .

Dicit fortè accusator stipendium se accipe-

re postquam fecit sacra pro defuncto , non tamen fecisse sacra movente stipendio . Non credent hæredes defuncti : constat enim non facturum fuisse pro defuncto illa sacra omnia , si nulla fuisset spes stipendii .

Inferunt 2. populum non esse simoniacum stipendia largientem sacerdotibus , Parochis pro ministeriis spiritualibus , non enim hæc illum dare , ut pretium ministeriorum , aut ex aliqua obligatione justitiae , sed ex mera gratitudine . Velim ut sit attentus accusator ad hanc doctrinam Valentiae quæ & est Tanneri . Populus (inquit Valentia) consert stipendia ex gratitudine , qua impendi officium spirituale , COMPENSATIO GRATUITA temporalis rependitur : atq[ue] ita patet , tales consuetudinem non esse simoniācam : nam temporale non est pretium spiritualia , sed COMPENSATIO GRATUITA . Quare cum Doctores solent dicere , populum debere ministriū id , quod ex lege aut consuetudine solet illis tribui , non ita intelligendum hoc est , quasi per hoc illi judicent diversi generis obligations , ex quibus contingat populum debere tribuere stipendia ; sed tantum explicant capita varia , quibus OBLIGATIO GRATITUDINIS determinatur , ut scilicet populus conferat hoc aut illud . Subdere his potuisset salubre monitum S. Thomæ 2. 2. q. 100. a. 2. ad 4. in hiis omnibus solitè cavendum est , quod habet SPECIEM SIMONIAE VEL CUPIDITATIS .

Et art. 3. in corp. ab invitū non exigatur per spiritualium subtractionem, que sunt exhibenda.

Dispiciunt obrectatores Valentia, an stan-
dum sibi putent ejus doctrinā in materia simo-
nia: & saltē in animū demittant salubre
monitū D. Thomæ.

PROPOSITIO XLVI.

ET id quidem habet locum etiam si temporale sit
principiae motivum dandi spirituale: imo
etiam si finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud
pluris estimetur, quam res spiritualis.

Autores hujus propositionis citantur Tan-
nerus ibidem Valentia & Escobar locis incer-
tis & aliis Jesuitæ in multis Thesibus.

Theses illas multas proferre eum oportet,
ut constet non impossibile more suo; uti &
designare locum Escobarii; nam ubi de simo-
nia agit ex professo non invenitur doctrina il-
la. Viderat accusator in Epistola 12. Montal-
tii Escobarii nomen, ubi aliud quiddam ab ip-
so de simonia assertum lugillatur, hoc forte
illi erat satis, ut Escobarium faceret hujus
propositionis autorem.

De Valentia imposturam dedit illam, quam
à Simonio daram pridem refellit Guilielmus le
Malte in Statera sc̄t. 1. c. 18. pag. 113. Propo-
sitioni damnatae aperte contradicit Valentia
tomo 3. d. 6. q. 16. p. 3. pag. 2045. locum hunc
ad eat

ad eat qui volet, neque enim est otium descri-
bere singula.

Tannerus quoque fit injuria: 1. quia illa
d. 5. q. 8. dub. 3. solum negat intervenire si-
moniam naturalem, ut constat ex dictis ad
propositionem proxime superiorem: unde &
solum respondet VERE ET PROPRIE simoniam
non esse, hoc est, naturalem, quæ propriis
simè est simonia: 2. Tannerus non recusat,
quo minus præter simoniam juris positivi hic
interveniat aliud genus gravis peccati, quod
etsi vere & proprie simonia non sit, est tamen
peccatum grave contra religionem. Legatur
n. 87. in fine. 3. Tannerus in ipso principio
illius dubii 3. damnat generaliter ut simoniam
omnem commutationem, qua spirituale pro
temporali commutatur, tamquam pro equali,
SECUNDUM EXISTIMATIONEM COMMUTAN-
TIS. Quando igitur à simonia naturali eximis
donationem rei temporalis ob spiritualem,
tamquam propter finem, sic, ut illud pluris
estimetur, quam res spiritualis, non ponit
rem temporalem tanti pretii estimari, quanti
spirituale: sed amorem rei temporalis esse
majorem, quam rei spiritualis: quæ sunt
valde diversa. Hoc illum intelligere ostendunt
superiora, simulque quod subdit, ta-
lam estimationem inveniri in omni peccato
mortali, ubi Deus postponit rebus tempo-
ralibus.

Apparet ergo pluribus titulis ab invidia propositionis damnatae eximi doctrinam Tanneri.

Non erit importunum hic adnotare, quid senserit facultas Theologica Lovaniensis die 4. M̄ji 1657. de propositione 45. & 46. utraque illo tempore constituebat unum articulum, quem illa facultas tunc notavit hac censura: varie illa formalitates ut plurimum pallia sunt latentis simonia: & quamvis fieri subinde posse, ut nulla propriè dicta simonia labes subfit; plerumque tamen subsunt sordes simonia affines.

Hanc censuram diligenter excussum Guilielmus le Maire in Staterâ Saulis Exr. sett. 2. c. 14. & ostendit Facultatem laxius sensisse de simonia in sua illa Censura, quam vel Valentiam, vel Tannerum. Audiamus illum Autorem.

Ecce, inquit, judicio facultatis Theologicæ Lovaniensis istæ formalitates ut plurimum pallia sunt latentis simonia. Ergo judicio ejusdem aliquando non sunt pallia latentes simonia: ergo judicio ejusdem aliquando dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale datur tamquam motivum, &c. Consideremus reliqua.

Et quamvis fieri subinde posse, ut nulla propriè dicta simonia labes subfit; intelligenda sunt

sunt hæc de universo casu, contento in articulo; cur enim de hoc dubitabimus? ergo judicio facultatis, fieri potest, ut non sit vera simonia, dare temporale pro spirituali, quando temporale datur tamquam motivum, &c. idque etiam temporale sit principale motivum dandi spirituale: imo etiam si sit finis ipius rei spiritualis, sic ut illud pluris astmetur, quam res spiritualis. In hoc vero laxius censet, potiusque est rea articuli Facultas, quam Valentia, qui ut vidimus num. 252. dertos & amplis verbis affirms, omnino committi simoniam in postremo casu. Quod vero facultas restrinxit ad simoniam proprie dictam, restrinxit quoque apertissime Tannerus, ut vidimus num. 253. Videamus postremam partem censuræ.

Plerumque tamen subsunt sordes simonia affines. Ergo judicio Facultatis aliquando nequidem subsunt sordes simoniae affines. Huc usque Tannerus non est progressus, ut manifestum est ex dictis num. 253. patet ergo quodd aiebam, multo potiori jure auctores articuli dici potuisse à Sinnichio Doctores facultatis Theologicæ Lovaniensis, quam Valentiam aut Tannerum.

Hactenus Guilielmo le Maire. Libemus alia quædam.

Godscalcus Rosemundus S. T. Doctor Lov-

va-

Lovaniensis in Confessionali c. 19. prop. 21. pag. 358. col. 2.

Serviens Episcopo, vel alteri Prelato, aut Domino in spe remunerationis alicujus beneficij, simoniam non committit, si sine omni pactione, & conditione serviat. Dummodo tamen principaliter hac intentione non serviat. Si tamen principaliter intentione obtinendi beneficium, nullo tamen pacto interveniente, serviat, quamvis graviter peccet, non tamen incurrit talem simoniam, qua obligat ad restitutionem, & resignationem beneficii. Conferantur hæc cum doctrina Valentia, & Tanneri supra explicata.

Joannes Malderus S. T. Doctor Lovaniensis 2. 2. tract. 9. c. 3. dub. 1. pag. 590. col. 2. simoniacus non erit (Clericus) etiam si PRINCIPALITER PROPTER DISTRIBUTIONES veniat, si solum non erat venturus, nisi distributiones fuissent accepturus; modo non veniat, ut eis accipiat tamquam pretium; sed solum in sustentationem.

Ibidem dub. 3. pag. 595. col. 1. DONATIONES GRATUITÆ quadam sunt licita; etiam si sint rei temporalis accepta INTUITU SPIRITUALIS.

In his nota 1. rationem motivi; propter distributiones: 2. rationem motivi principalis; principaliter propter distributiones: 3. rationem compensationis gratuitæ, seu donationis gratuita rei temporalis intuitu spiritualis.

Sunt

Sunt & Theses Academicæ à Lovaniensibus Doctoribus approbatæ ejusdem saporis: à Joanne Simichio die 5. Decembris 1665. à Jacobo Pontano die 15. Julii 1661. &c. sed hæc sufficient, ut appareat quanta ratione Valentia, & Tannerus potissimum accusandi fuerint.

PROPOSITIO XLIX.

Mollities jure natura prohibita non est. Vnde si Deus eam non interdixisset, sape esset bona, & obligatoria sub mortali.

Auctorem propositionis nominare gaudet Caramuelum.

Apparet ex hac & aliis propositionibus non paucis, quam inconsideratè quidam Decretum nuperum flandricè versum plebi legendum obtulerint; & quanto inconsideratius Accusator non se continuerit, quin flandricè versis propositionibus & perversissimè intelligendis, & referendis à plebe, quorumdam nomina Autorum adscriberet. Saltem adnotasset, Caramuelum in Theologia Morali, unde sumpta est propositio, n. 1605. sollicitè monere, dubium non esse, quin re ipsa grave crimen sit mollities in omni casu, etiam quando esset necessaria ad conservationem vita: addidisse etiam n. 1606. doctrinam il-

lam

lam procedere considerando solummodo rationes naturales.

Citato Caramuele lectorem mittit ad Propositionem 35. ut nimirum. quæ ibi adnotaverat de probabilitate Propositionis. hic quoque adnotata intelligerentur. Censet ergo hanc quoque Propositionem ante Decretum Innocentii XI. fuisse probabilem.

PROPOSITIO LI.

Famulus, qui submissa humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam Virginem, & multoties ei subservit, deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti; puta ne à Domino male tractetur, ne torvis oculis afficiatur, ne Domo expellatur.

Auctorem citat Gasparem Hurtado. Ubi autem?

Ipse non prodit: sed citari ait à Diana. Ubi verò? Paginâ 435. Plus non habeo in iis chartis, quas accepi. Adivi ergo in gratiam hujus Accusatoris paginas omnes Tomorum, Diana notatas illo numero: neque inveni citatum Gasparem Hurtado in ulla istarum paginarum. Sed nequilibet Gasparis Hurtado est ad manum.

Si quid affine docuerit ille Autor, credibile

le est imitatum fuisse Martinum Navarrum lib. 5. consil. edit. 2. consil. 6. de pœnit. Bonacinam Tom. 2. d. 2. de peccatis q. 4. p. 4. §. unico à n. 22. Item Tom. 1. d. 2. c. 4. coroll. 2. n. 278. aliosque plutes, qui non sunt de eorum genere, quos persequendos suscepit Accusator. Ut verò statuas; an doctrinam traxiderit Propositionis damnatae, in primis vindendum, an sint contenti causis quibusdam levibus, & frivolis, ut illa famulo censeant licere. Valde graves plerique requirunt, qui Propositionis autores videri possent temerariis Accusatoribus.

Fortasse haud videbitur procul abivisse à sententia Navarri, Bonacinx & aliorum Doctorille, qui Lovanii die 6. Februarii 1648. assertionem dedit his conceptam verbis: *Qui justam habet causam agendi aliquid, ex quo proximus sumit occasionem peccandi, excusat*. Ex quo capite multa excusantur; ut remigatio, qua Christiani captivi remigant, apud Turcas in grave detrimentum aliorum Christianorum; proponere cibum, & potum, quo hospites abutentur; suadere minus malum ad evitandum majus; comitari herum abeuntem ad fornicandum, & plura alia.

PROPOSITIO LIII.

Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo sacro; qui duas ejus partes immò quatuor. simul à diversis celebrantibus audie.

Hujus doctrinæ reus agitur Escobar. *Tract. I. Exam. 11. c. 4.* & Baunius incerto loco.

Sed Escobar loco cit. n. 73. more suo refert sententiam affirmantium, posse satisfieri præcepto, duas simul partes missæ audiendo.

Baunius ad summum agnovit probabilitatem speculativam sententiaz de duabus partibus missæ conjungendis (de quatuor partibus non loquitur) sed illam ipsam damnat in præxi tam in *Theol. Mor. Tr. 6. q. 9.* quam in summa gallica de peccatis cap. 18. ubi præxim illam etiam censuris persequitur , tamquam *tendentem ad imminutionem servitii divini & pietatis erga Deum*, tamquam *contrariam opinioni proborum*, & *inustatam in Ecclesia*, sententiam ipsam vocat novam glossam &c.

Similes censuræ contra illam sententiam ferre placuerunt reliquis Theologis de eorum genere, quibus invidiam creare studet accusator.

PROPOSITIO LV.

Precepto Communionis annuae satisfit per sacrifici legam Corporis Domini manducationem.

Pro hac sententia citat Tannerum, Suarez, & Sà.

Rifum

Rifum teneamus : Tres invenit Jesuitas ; quos affirmare auderet docuisse præcepto communionis annuae satisficeri per communionem sacrilegam. An id reverè illi tres docuerint, non vacat inquirere : possem enim plures numerare, quam tres: alios vero qui Jesuitæ non fuerunt, doctrinæ illius Patronos omnis genetis, quamplurimos.

Non morabitur me propositionis sensus auribus indocti vulgi timendus, isque scandalissimus quasi præcepto communionis sic absolute satisfiat per sacrificiæ Corporis Domini manducationem, ut non gravissime peccet manducans; quæ cogitatio nulli penitus Theologo venit in mentem. Sit enimvero damnata præpositio in eo sensu, quem habet in libris Theologorum. Tres invenit Jesuitas accusatòr, qui eam tradiderint.

Emin. Cardinalis de Lugo non est affirmator levis: hic d. 16. de *Euchar. scđt. 4. n. 83.* de illa doctrina sic pronuntiat: *Sententia communis est, quam tenent Corduba, Soto, Covarrubias, Suarez, Azor, Lud. Lopez, Pitigaynus, Villalobos, Diana, & ALII OMNES FERE COMMUNITER.*

Defensa proinde est sententia illa à Lovaniensibus Doctoribus communissimè: à Guillermo Mercero in 3. p. q. 80. a. II. n. 7. à Joanne Wiggers in 3. p. q. 80. a. II. n. 54. à E. Joan.

Joanne Sinnichio die 11. Nov. 1660. à Gehrardo van Werm die 17. Augusti 1647. die 5. Octobris 1647. die 10. Octob. 1643. die 18. Sept. 1641. die 18. Febr. 1640. die 1. Febr. 1640. item ab Andrea Laurent die 1. Augusti 1651. à Jacobo Pontano 1. Febr. 1649. à Guilielmo Mercero die 19. Julii 1634. à Michaële Paludano die 26. May 1648. à Guilielmo Tasselon die 7. Januarii 1640. plures dabo Lovanienses Doctores damnatae doctrinæ patronos, si quis requisierit: simulque alios omnis generis. Sed tres Jesuitas habuit Accusator, ad quos contraheret omnium invidiam, si quæ est hæc invidia.

PROPOSITIO LVI.

Frequens Confessio & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.

Autores propositionis nominat PP. Recollectas Namurci & Leodii in publicis suis disputationibus, quas, inquit, habuerunt non obstante prohibitione Episcopi Namurcensis.

Fœdè imponit illis Religiosis immo & Episcopo Namurcensi. Paulò altius repentina est historia. Anno 1676. die 2. May quidam Joannes Bauduin S. Thol. Baccalaureus Lovaniensis, atque in Seminario Episcopali

Na-

Namurcensi S. T. Lector, conclusiones proposuerat, in quibus non se abstinuerat, quin exultabundus damnaret improbabilitatis propositiones varias, atque etiam hanc; frequens Confessio vel Communio, cultus B. Virginis in iis etiam, qui gentiliter vivant, est nota prædestinationis.

Eodem anno 1676. quidam S. Th. Professor ex ordine Minorum Recollectarum Theses impressit defendendas Namurci 15. Septembris, quibus retunderetur confidentia illius Baccalaurei, & vindicaretur probabilitas illius notæ prædestinationis.

Veritus Episcopus Namurcensis, ne eâ disputatione turbaretur pax, vetuit ne disputatio Namurci haberetur. Adeoque habita Namurci non fuit, quod secus affirmans accusator imponit illis Religiosis: sed alia occasione Theses eadem defensæ sunt Leodii; in quo cum censeat ille, peccatum esse contra mandatum Episcopi Namurcensis (nam & loquitur de disputatione habita Leodii) imponit Episcopo Namurcensi, quasi hic prohibuerit, ne theses eadem ab illis Religiosis defendentur Leodii, quod neque voluit, neque potuit illis prohibere.

An verò illi Religiosi verè sint Autores propositionis damnatae, statui non potest, nisi videatur an illi defendenterint propositionem

Ez. sic

sicut jacet in decreto : damnata est enim sicut jacet. Pro quo.

Considerandum est primò, propositionem, sicut jacet in decreto, posse facere hunc sensum perversum, quod frequens Confessio & Communio hominum gentilium, aut etiam assidue gentiliter viventium ; adeoque frequens Confessio & Communio sacrilega, sit nota prædestinationis.

Considerandum est 2. quod Lector ille Baccalaureus qui propositionem in suis thesibus redarguit improbabilitatis, eam non sumpserit in sensu jam explicato : sed in alio sensu ; ac si dictum esset ; frequens Confessio & Communio etiam in iis qui nequiter vivunt & prava consuetudine laborant, atque identidem relabuntur in sua peccata, est nota prædestinationis. Hoc sensu acceptæ propositioni strenuè vindicata est probabilitas ab ejus adversariis in disputatione ipsa.

Considerandum est 3. ex his circumstantiis, eundem sensum fecisse propositionem sicut jacebat in thesibus Namurcensibus, Leodii defensis : quia hoc agebat autor thesium ut propositioni vindicaretur probabilitas negata à Lectori Baccalaureo ; adeoque eo sensu acceptæ ; quo ipse eam acceperat. Sensum verò illum explicuit disertè autor ipse thesium in questionibus Theologicis, quas Leodii ad disputa-

disputandum proposuit die 26. Novembris 1677. ubi totâ quæstione secundâ explicat mentem suam, quæ alioqui ex circumstantiis minimè fuerat obscura ; & per gentiliter viventes se intelligere laborantes prava consuetudine peccati, in qua identidem resurgent, atque utiliter confiteantur & communicent, eti & identidem relabantur ; quam ibi rem omnem tractat doctè & eruditè.

Considerandum est 4. ex mente autoris Thesum Leodii defensarum, frequentem Confessionem & Communionem gentiliter viventium, hoc est, laborantium prava consuetudine, non esse notam prædestinationis infallibilem, sed fallibilem tantum. Mentem hanc suam, eti alioqui non obscuram, declaravit in suis quæstionib[us] quæst. 2. n. 20.

Quare ut damnata judicetur doctrina illorum Religiosorum, qui theses illas defendebunt, vel dicendum videtur, damnatam esse doctrinam eorum, qui censem hominem laborantem prava consuetudine, posse eâ durante identidem resurgere, & fructuose confiteri, & communicare ; adeoque declaratum esse à Rom. Pontifice, omnem Confessionem & Communionem illius hominis esse sacrilegam, donec vicerit consuetudinem peccandi, & pravum habitum & inclinationem ad peccata, vel dicendum, damnatam esse doctrinam,

immodicū communē persuasionem fideliū, quod frequens Confessio valida & Communio sancta, sit nota prædestinationis saltem fallibilis, alterutram ex his duabus doctrinis esse damnatam credam, cum id S. Sedes declaraverit: neque enim id satis intelligo ex damnatione propositionis 56. sumptæ sicut jas̄et in Decreto Innocentii XI.

Hæc occurrabant consideratione digna ut statuant sapientiores, an damnatæ doctrinæ in propositione 56. patroni fuerint illi Religiosi, quibus id imponit accusator.

PROPOSITIO LVIII.

Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.

Doctrinæ autorem citat Baunum Theol. mor. p. 1. tr. 4. q. 15. dub. 12. & Sanchium Jesuitam in select. disp. d. 9. n. 6. & multos alios Patres omnium Ordinum.

Baunius ibi docet Confessarium non habere jus interrogandi pœnitentem de consuetudine peccandi, nisi ejus rei gravem causam habeat; quo significat, illum habere jus, si habeat gravem causam, & tunc pœnitentem obligari ad fatendam consuetudinem. Non esset inconsultum, si aliquid de hac doctrina sibi sumgerent quidam Confessarii hoc tempore, ni-

mis

mis liberè interrogantes de consuetudine & aliis multis, cum id necesse non est.

De Sanchio Jesuita in selectis disputationibus redit impostura supra detecta. Inter omnes scriptores nullus est Jesuita Sanchius, qui librum suum inscriperit *Selectas disputationes*.

Mitum, si non & Thomam quemdam Hurtadum Jesuitarum hostem, eumdemque non raro satis laxæ doctrinæ moralis, jubeat esse Jesuitam. Etenim scriptores varios, nomine Hurtados, habent Jesuitæ, æque ac Sanchios.

Debuisset vero accusator saltem ad propositionem hanc abstinere Jesuitis: quia cum quæstio fuerit inter Theologos satis agitata, præcipue videre fuit Jesuitas conspirantes ad asterrandam obligationem fatendi consuetudinem interrogante confessario, Gabrielem Vasquez, Eman. Sà, Henriquez, Reginaldum, Dicastro, Tamburinum, Autorem Praxis solidæ, seu Antonium à Burgundia, Matihæum Moya, atque etiam Stephanum Bauny. Alii nominentur, qui quæstionem tractarint. Sed non prætereatur Cardinalis de Lugo, qui disp. 14. de pœnit. sect. 10. contrariam sententiam damnat, ut quæ sit contra omnes Theologos, contra proximam Ecclesiæ, & contra finem hujus Sacramenti.

Minus abs re autorem Propositionis damnatae

pata citasset Adria Lovan. Doct: in 4. de Sacram. confess. ubi de reditu peccatorum quæst. Ultim. pag. 146. col. 4. ubi postquam improbaverat, & refutaverat Doctrinam S. Thomæ de exponendis in confessione, saltem indirecte, peccatis dimissis, quantum sufficit, ut debita satisfactio imponatur, sic ipse docet: *Quamvis sepe expedit in confessione exponere peccata prius dimissa saltem in genere, ut magis humilietur confitens, & melius ei consulere posit Confessor; non obligatur ad hoc de necessitate salutis.* Censet ergo Adrianus, ne quidem ut melius ei consulere posit confessor exponendam esse consuetudinem peccati à pœnitente. Conjectura fiat, quid de eo casu dicturus fuisset, quo de consuetudine interrogat confessor.

Citans denique accusator multos alios Patres omnium ordinum sine dubio religiosos intelligit omnium ordinum: in quo rursus prodit infirmitatem animi sui. Videre avemus illum Catalogum multorum religiosorum ex omnibus Ordinibus.

PROPOSITIO LIX.

Licet sacramentaliter absolvere dimidiatae tantum Confessos ratione magni concursus pœnitentium, qualia v. g. potest contingere in die magna alicuius festivitatis aut indulgentia.

Sic

Sic ait docuisse quodam Jesuitas Lovanii, non credimus decepti toties.

Edifferat quis Lovanii Jesuita, quando, quibus verbis id docuerit; saltem aperiat quo probabili fundamento id affirmari. Interea Jesuitis nemo vir æquus vitio vertet affirmationem hominis ad criminandum præcipitis, ut jam apparuit toties.

Hoc mihi constat Aegidium de Coninck, qui unus Lovanii Jesuita commentarios suos edidit de Sacramento Pœnitentiae, doctrinam illam rejecisse ut improbabilem, & refutasse operose valideque disp. 7. dub. 9. n. 93. & 94. Alios mihi exhibeat accusator Lovanienses Jesuitas, aut omnino Jesuitas, vel Religiosos Theologos, qui questionem tractarint, fallor si vel unus inter illos erit, qui doctrinam approbarit.

PROPOSITIO LX.

Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesia, et si emendationis spes nulla appareat, nec est neganda nec differenda absolutio; dummodo ore proferat, se dolere & proponere emendationem.

Hanc propositionem ait esse traditam à Baunio etiam verbotenus p. I. Tract. 2. q. 22. pag. 100. citat quoque Jesuitam Sanchium in selectis disputationibus d. 16. n. 16.

Po-

Populo rursum imponit. Verba Baunii loco citato hæc sunt.

Eis pœnitens consuetudinem peccandi habeat, jurandi aut aliud simile quid admittendi contra legem Dei, natura aut Ecclesia, non est tamen ei neganda absolutio, si VERE EUM ADMISSORUM POENITET, ac emendandi sui propositum habeat. Paulo post requirit dolorem de peccatis ac propositum FIRMUM AC STABILE ea vitandi impostorum. nusquam verò habet frivola illa; dummodo ore proferat se dolere. Immo quæst. 15. requirit ut de dolore CONSTÈT confessorio, QUANTUM FAS EST HUMANITUS: ait enim absolendum; dummodo dolore necessario instrutus ad confessionem vita melioris, consilium affert, de quo sacerdoti, quantum fas est humanitus, ex signis, aut ejus ore voceque constet patet sanè de dolore pœnitentis non semper constare posse ex verbo doleo: circumstantia adesse possunt, cur non possit illi credere sacerdos: requirit verò Baunius ut de dolore sacerdotis constet quantum fas est humanitus, vel ex ore & vocibus, si inde id constare possit, vel ex aliis signis.

Redit accusatoris fabula de Joanne Sanchio Jesuita in selectis disputationibus. Fatigat me hæc fabula. An revera doctrinam propositionis 60. ille tradiderit, non competri; locus citatus in libello accusationis mihi oblato, non

ex-

extat in totis disputationibus illius Joannis Sancti cognomento Jesuitæ: vix enim, ut video, excutiet hoc nomen ille Sanchius, tam benevolum natus nomenclatorem.

PROPOSITIO LXI.

Potest aliquando absolvri, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quin immo directè & ex proposito quarit, aut ei se ingerit.

Authorem citat Baunium, & Jacobs Jesuitas: itemque Pontium, Castropalatum, & multos alios omnium Ordinum, qui, inquit, absolutionem negare non audebant.

De Baunio antiqua est calumnia sàpè refutata. Autor ille tract. 4. de pœnit. q. 14. pag. 94. docet regulariter absolvendum non esse. Ut vero absolvri possit, requirit dolorem de peccatu, firmum propositum, justam causam non deserendi occasionem; qualem censet esse alienam salutem æternam &c. negat denique hoc esse directe querere.

De Francisco Jacobs impostura etiam est manifestior, legatur ejus quæstio Theologica de neganda & differ. absol. dub. I. Resp. I. ubi agit de neganda & differenda absolutione ob proximam occasionem peccandi, generaliter definit, negandam esse absolutionem nolentibus deserere occasionem proximam voluntariam.

ám. At vero occasionem proximam involuntariam,
que non potest deseriri sine gravi incommodo jacture,
infamie &c. adeoque moraliter deseriri non po-
test, docet non esse necessarium deserendam, ut
impendatur absolutio saltē prima vice. At
rursus si experientia constet, quod post absolu-
tionem fiant relapsi, docet non esse deseren-
dam occasionem, si deseriri non possit sine pec-
cato, aut sine periculo mortis. Si vero dam-
num sit temporale, et si grave, docet non
esse cogendum pœnitentem ad deserendam oc-
cationem, si reincidat quidem, sed non tam
facile, nec tam frequenter, si denique nulla
sit emendatio, & tamen appareat efficax do-
lor, refert diversas sententias; ipse nihil de-
finit. Sed neque mentionem facit ullam de eo,
qui directe & ex proposito querit occasionem, aut
ei se ingerit. Apparet igitur impostura ex mul-
tis capitibus.

Basilius Pontius in appendice de matrimo-
nio cap. 6. docet: licitum esse matrimonium
cum probabili periculo perversionis ab altero
conjuge hæretico; sed ex magna aliqua & exi-
mia causa; puta vel augmenti & propagationis
Ecclesie, vel tranquilli ejus status, vel libertatis
catholicorum, qui sub aliquo principe hæretico, &
Consiliariis hæreticis oppressi tenebantur..... dum
tamen contrahas cum firme proposito non labendi,
deusq; de divina misericordia, & gratia &c. tunc
enim

77
enim non est amare periculum, sed amare ingens
illud bonum ad quod sine eo periculo perveniri non
potest. Itaque periculum adit iniuste, non amans.
Judicet sapiens lector, an hoc sit directe, &
ex proposito querere occasionem proximam, aut ei
se ingerere.

Non plus docet Castrypalaus tom. I. Tr. 2.
d. 2 p. 9. §. 3: exemplum ponit, quo infans
moriturus est sine baptismo, si non accedit, at si ac-
cedit, timere potes subversionem: item exemplum
positum à S. Thoma 2. 2. q. 10. a. 9. de eun-
te ad prædicandum infidelibus, de quo re-
spondet, ut ibi D. Thomas, & Thomistæ
passim.

Hinc vero doctrinam deducit ad alios casus
particulares, inter quos est nullus, ubi quis
directe querat occasionem peccandi, aut ei se sponte
ingerat: nihil vero docet, quod non passim
omnis generis Theologi, ut videre est apud
Pontium loco citato, Joannem Sanchez d. 10.
Moyam T. 3. d. 3. q. 5. aliosque.

Superest temeritas, qua affirmat, doctri-
næ damnatae Autores fuisse multos alios omnium
Ordinum (Religiosos intelligit) qui absolutio-
nem non audebant negare. Aio, extra votum
Accusatoris, ne unum quidem fuisse. Nullum
habuit quem nominaret. Neque autores
doctrinæ fuisse convincet ex illa circumspe-
ctione, qua utuntur, ne absolutionem ne-
gent temere.

Quo

Quoniam verò damnatam Propositionem
Iaud est veritus adscribere Francisco Jacobs,
neque aliam ad hoc potuit occasionem habe-
re, quam ex iis, quæ Professor ille edidit in
suâ *Questione Theologica*, an & quando neganda
sit *absolutio pœnitenti*, celeberrimorum orbis Chri-
stiani Theologorum autoritate, & approbatione
firmata, conveniet ex illis approbationibus
tam multis, & tam luculentis, quas vidit in
illo opusculo, hic eas exhibere, quas dede-
runt Lovanienses Doctores.

Joannes d'Aubermont S. T. Doctor Lova-
niensis hanc opusculi approbationem dedit:
*Infra*scriptus legi has resolutiones ad dubium, an,
& quando neganda sit, aut differenda *Absolutio Pœ-*
nitenti, breves illas quidem, sed claras, &
meo judicio sanae doctrinae, communique Ecclesie
praxi conformes, &c. Datum Lovanii 21. Sep-
temb. 1675.

Albertus Kleinen S. T. Doctor Lovanien-
sis sic approbavit. *Tractatum hunc*, in quo bre-
viter & succintè resolvitur dubium, an, &
quando neganda sit, aut differenda *Absolutio Pœ-*
nitenti, à me *infra*scripto diligenter perfectum
præ dignissimum judico, tum quia nihil continet,
quo minus secundum sacros Canones, & consue-
tudines Apostolicas imprimi posit, tum etiam quia
brevem, & claram methodum tradit, quam om-
nes Confessarii in remittendis, & retinendis pec-
catis

79
caris tue prakticare possint. Datum Lovanii 29.
Septemb. 1675.

Christianus Lupus S. T. Doctor Lovanien-
sis sic paucis absolvit.

Libellus hic nihil continet Catholicæ fidei, aut
consuetus Ecclesiarum moribus adversum; adeoque
poterit imprimi. Dabam Lovanii die 2. Octob.
1675.

His subscribere non detrectasset Jacobus
Pontanus S. T. Doctor Lovan. qui die 15.
Maii 1654. approbavit defenditque hanc
Thesim.

Ignorans articulos fidei necessitate medii cre-
dendos, absolvit non potest, sicut nec ille, qui non
vult deserere occasionem proximam peccandi; nisi
occasio relinqui non posse absque scandalo gravi,
infamia, vel detramento magno spirituali, vel
temporali. Non tam generaliter affirmavit
Franciscus Jacobs. Habet ergo copiam Accu-
sator, unde augeat accusationes suas.

PROPOSITIO LXII.

Proxima occasio peccandi non est fugienda,
quando causa aliqua utilis, aut honesta non
fugiendi occurrit.

Ad hanc propositionem vide hominis, non
jam temeritatem, sed prope dixerim, furo-
rem. *Hec*, inquit, est doctrina totius Societa-
tis, & fere omnium Ordinum, si minus in scripto,
sal-

saltem doctrina illorum fuit in praxi: quia talibus personis negare absolutionem non audebant.

Ad impolturam tam enormem peto, ut vel unum nominet aut Societatis, aut aliorum Ordinum, qui scripsiterit, dixeritve, causam sufficientem non fugiendi occasionem proximam, esse causam quamlibet utcumque utilem aut honestam. Nullum inveniet. Cupio redargui.

Sed neque ipse speravit se inventurum: unde mox quasi respirans à calumniâ tam laboriosa, ait, illam fuisse eorum doctrinam saltem in praxi, quia talibus personis negare absolutionem non audebant, spero ego quidem alia futura Dei iudicia, alia hominis tam præcipitis. Prudentes, & pii Confessarii Religiosi rationes suas impertiendæ, differendæ, & negandæ absolutionis ritè habent subductas ex principiis optimorum Theologorum S. Thomæ, S. Bonaventuræ & aliorum. Has rationes sperant se Deo probaturos: de sua methodo & praxi in hoc ministerio alii viderint.

PROPOSITIO LXIII.

Licitum est querere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.

Hac, inquit, Accusator docet Baunius Jesuita totidem

totidem verbis, item P. Jacobs & ipse Jesuita, & Basilius Pontius Augustinianus, & plurimi alii omnium Ordinum. Neque in libro Stephani Bauñii, neque in scriptiuncula per brevi Francisci Jacobs vestigium invenietur, quo suspicari liceat, hujusmodi quiddam ipsos sensisse: pro quo satis erit ea legisse, quæ observavi de sententia utriusque autoris ad Prop. 61.

Sed & perversè in invidiam illam vocatur Basilius Pontius: occasionem videtur præbuuisse Baunius tr. 4. de pœnit. q. 14. pag. 94. sub finem sic narrando de isto autore: *quoniam etiam tradit Basilius, ubi supra, occasionem primò & per se quare posse, cum est aliqua causa eam volendi ad bonum nostrum, aut proximi tam temporale, quam spirituale.* Exclusari potest Baunius ista narrans de Basilio: quia ex iis quæ præmisserat, illæ particulæ aliqua causa satis determinantur ad causam justam & urgentem, qualis est aliena salus æterna: de his enim sermo præcesserat.

Sed ad rem nostram non multum refert, quam providè ista narraverit Baunius; dum constet Basilius Pontius requisivisse magnam & eximiam causam; in qua agatur de bono statu, pace, aut libertate ecclesiæ &c. verba Basili videtur supra ad Prop. 61. Ubi vero in fine illius capituli sexti app. de matrimonio dicit, posse etiam sufficere causam boni temporalis;

disertè requirit gravem causam, ut in conjugio Estheris cum Assuero, Judith cum Holopherne &c, Néque usquam dicit licet directè querere occasionem, ac nequidem quod narrat Bau-nius, primò & per se: sed plane sub finem capitis significat non semper requiri, ut occasio sit involuntaria, aut ex necessitate proveniens, sed satis esse, etiam si sit causa voluntariè quaesita: quod ipsum ne durum videretur, exemplis mentem suam fecit clariorem; sicut, inquit, in eo intelligimus, qui dubius de potentia matrimoniū contrahit, & in conjugio Estheris cum Assuero. Denique haud immēritò videbitur, aliud esse, querere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali aut temporali qualicunque; qui est sensus propositionis δ3. aliud verò, adire occasionem proximam peccandi, sine necessitate quidem, sed spe magni & eximiī boni, aut metu ingentis mali, fretum Dei misericordiā & gratiā, firmoque desiderio ca-vendi peccatum; qui est sensus operosè inculcatus à Pōntio illo cap. 6. appendicis. Hæc in gratiam illius autoris, cuius ordinem Augustinianum putavit non dissimulandum accusator.

Quod verò appellat alios plurimos omnium Ordinum doctrinæ damnatae patronos, constat sibi usque ad extremum in livore suo & odio Religiorum Ordinum.

C O N C L U S I O.

Hæc erant, quæ lecto libello accusatio-nis, excussaque diligenter doctrinā Theo-logorum, qui accusabantur, comperire potui.

Fatendum est, non esse obscurum vel ex sola Propositionum inspectione, hoc egisse propositionum Collectores, & concinnatores Lovanienses, ut quorundam religiosorum, ac imprimis Jesuitarum doctrina iis expressa videretur, sed quām parum ipsis successerit conatus & Romani censores observarunt, ut explicui in præfatione, & patere cœpit ex iis, quæ adnotavi ad accusations, quæ hacte-nus prodierunt, patebitque magis, ut spero, si cui venerit libertia accusations illas instau-randi.

Illi ergo, qui occasione nuperi Decre-ti Innocentii XI. non cessant hoc tempore commovere plebem adversus Religiosos viros, tamquam authores damnata-rum Propositionum, si quæ habent alia ac-cusationis capita, quæ fugerunt accusato-rem, quem audivimus hactenus, rogantur, ut illa promere ne tardent, mihique aut alteri occasionem præbeant explicandi, quid, quo-usque, & quibus autoribus illa docuerint, quæ traducere gaudent apud imperitam ple-bem, ut damnata ab Innocentio XI. illisque

Religiosis propria. Ubi accusatio prodierit, quæ videbitur habere majorem speciem; fortasse & operæ pretium mihi, alterive videbitur quæstionem facti instituere generalem, & singulis ordine propositionibus suos autores assignare, quo ad fieri poterit; nam illis quidem, quæ in Decreto ipso appellantur *noviter adinventæ*, & neque ex libris, Thesibus seu scriptis sunt excerptæ, difficile erit alios assignare autores, ac eos ipsos, qui propositiones concinnarunt, obtuleruntque judicandas S. Sedì. De re tota post viderimus.

Rogandus quoque est Accusator, qui nos moratus est hactenus, ut coram Deo salubriter erubescens, detestetur lapsus suos, studeatque resarciendo honori & famæ, non solum Jesuitarum, sed etiam reliquorum Ordinum Religiosorum, quos tam iniquè criminatorius est apud populum, tanto scandalo, seu damno spirituali animarum, quas illi magno Ecclesiæ fructu conati sunt hactenus dirigere in viam salutis, & perfectionis Christianæ, idque invidentibus ubique hæreticis, qui nobis imitandi non sunt, ne & in nos conveniat, quod jam olim S. Gregorius in illud Jobi 16. Aperuerunt super me ora sua, recte observavit; illos præcipue reprobi in sanctâ Ecclesiâ oderunt, quos multis conspiciunt esse profutros.

F I N I S